MI-145
M.I.
145

M.I.-145

# MANUALE PROCESSIONUM,

CUM BENEDICTIONIBUS SOLEMNIBUS, privatiſque omnibus, quibus utitur Sancta Romana Eccleſia, & precibus, aliiſque quamplurimis, omnibus officium Romanum perſolventibus inſerviens,

COLLECTUM OPERA, ET INDUSTRIA FRATRUM ORDINIS EREMITARUM, ac Deſcalceatorum

## S. AUGUSTINI

*IN REGNO PORTUGALLIÆ.*



ULYSSIPONE ORIENTALI,
EX TYPOGRAPHIA AUGUSTINIANA.
Anno M. DCC. XXXIII.

*Superiorum permiſſu.*

BIBLIOTECA GERAL · UNIVERSIDADE DE COIMBRA

# FRATRIBUS

## NOSTRÆ SACRÆ RELIGIONIS

in noſtris Auguſtinianis familiis Luſitaniæ Regni univerſis in Domino ſalutem & æternam felicitatem.

*QUANTUM à naſcentis Eccleſiæ primordiis ſuavis muſicæ concentus humanam mentem ad divinæ naturæ contemplationem excitet, & inflammet, expertus eſt ſanctiſſimus Patriarcha Auguſtinus Eremiticæ noſtræ vitæ regimen, & parens, cum Mediolani degens (ut in Confeſſ. lib. teſtatur) frequenter animum paſceret ſingulari illa cantus harmonia, quam vigilantiſſimus Pontifex Ambroſius inſtituerat, ut & impios Arianæ hæreſis aſſertores graviter con-*

 *funderet*

*ſunderet, & pios catholicæ religionis profeſſores à caducarum rerum ſæce ſupra lunam, elementa, & cœleſtes ignes mirabiliter eveheret. Enimvero, licet à veritatis tramite longe eorum ſententia aberret, qui humanam mentem numeroſam muſicæ harmoniam eſſe falſo aſſeverabant: ea tamen noſtris animis vis inſita, & appoſitæ modulationi quaſi numeroſe reſpondens indita eſt, ut quæ modulate cantantur, mirabiles in nobis ſui excitent amores. Quapropter cum divina pſalmodia ad divinarum rerum cogitationem nos rapiat, & alliciat, prudentiſſime à D. P. Auguſtino illud in regula præceptum eſt*: Et nolite cantare niſi quod legitis eſſe cantandum: quod autem non ita ſcriptum eſt, ut cantetur non cantetur. *Atque quãdo Eccleſiaſtici cantus inſtitutio id imprimis curare debet, ut quod exterius concinna vocis pronuntiatione exprimitur, interius in penitiſſimis animæ adytis imprimatur: operæ pretium erit muſicæ compoſitionem ita artificioſe intexere, ut audientes non ſolum vocum ſuaviter modulantium harmoniam, ſed etiam veram eorum, quæ decantantur, ſignificationem deſtincte percipiant. Quod ſane nemo obtinebit, niſi etiam juxta grammaticæ normas accentus pronuntiationisque leges ad unguem obſerventur: uſque adeò ut ſyllaba, quæ natura brevis eſt, ſua brevitate acceleret, quæ verò longa ſua longitudine muſicam ingenioſe retardet. Nam, ut D. P. Auguſtinus ait*

*lib.*

*lib. 2. de muſica cap. 1. & 2. vitioſa accentus pronunciatio non ſolùm grammaticum, ſed etiam muſicum ita offendit, ut utrique apte modulando, & inepte pronunciando incredibile pariat faſtidium. Ad hoc igitur, ut Divino cultui compte ſatisfiat, Proceſſionarium ſecundum Romanum ritum concinnãdum patres artis muſicæ peritiſſimi ſunt delecti, quibus in primis commendatum, ut in cantus Eccleſiaſtici reformatione maximè deſudarent. Ita enim fore ſperantes, ut concorditer, & unanimiter in tota Provincia illud nobis à ſanctiſſimo patre in regula præſcriptum obſervaretur :* Pſalmis, & Hymnis, cùm oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore. *Etenim qui ſpiritu pſallendo, & mente, ut Apoſtolus ait, principem Deum laudant, & exteriori appoſiti cantus harmonia populum ædificant, hic jam dulciſonis cœleſtium mentium choris aſſueſcunt, ut unà cum illis Deum Opt. Max. laudare non deſinant per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.*

IN-

# INDEX

## EORUM, QUÆ IN HOC VOLUMINE continentur.


ABſolutio excōmunicati jam mortui. 422.

Abſolutiones à Cenſuris. 423.

Abſolutio generalis Ordinis in ſolemnitatatibus facienda. 430.

Abſolutio plenaria pro noſtris Corrigiatis in articulo mortis. 432.

Alma Redemptoris Mater. 162.

Aſperges me. 1.

Ave Regina Cœlorum. *poſt Completorium.* 165.

Ave Regina Cœlorum. *poſt Miſſam.* 489.

Benedicamus in Miſſis Dominicarum Adventus & per annum. 157.

Benedicamus in Miſſis Dominicarum à Septuageſima uſque ad Dominicam in Ramis Palmarum. 158.

Benedicamus ad Veſperas, & Matutinum extra tempus

tempus Paſchale: 160.
Benedicamus ad Veſperas, & Matutinum tempore Paſchali. 161.
Benedicamus in Miſſis votivis Gloriam non habentibus. 158.
Benedictio Candelarum in Feſto Purificationis B. Virginis Mariæ. 4.
Benedictio Candelarum privata. 328.
Benedictio Palmarum 20.
Benedictio aquæ. 253.
Benedictio aquæ S. Guilelmi. 432.
Benedictio aquæ S. Nicolai de Tolentino. 444.
Benedictio generalis ornamētorū Altaris. 240.
Benedictio Sacerdotalium indumentorum. 243.
Benedictiones ad quodlibet particulares. 242.
Benedictio Mapparum Altaris. 250.
Benedictio Corporalium. 251.
Benedictio vaſis in quo ponitur Euchariſtiæ Sacramentum. 258.
Benedictio Pixidis. 257.
Benedictio Tabernaculi pro Sanctiſſima Euchariſtia aſſervanda. 257.
Benedictio capſidis pro Sanctorum Reliquiis aſſervandis. 259.
Benedictio Thuribuli. 260.
Benedictio ad quælibet vaſa Divino cultui inſervientia. 261.
Bene-

Benedictio ſolemnis Crucis novæ. 262.
Benedictio privata Crucis. 269,
Benedictio Crucis Eccleſiæ atriis, vel locis publicis apponenda, maxime ſi lapidea, aut ex aliquo metallo, 270.
Benedictio Crucis parvulæ ex quacumque materia è collo, vel roſariis appenſa deferenda. 272.
Benedictio ſolemnis Imaginum Beatæ Virginis Mariæ. 273.
Benedict o particularis Imaginum Chriſti, & B. Virginis Mariæ. 279.
Benedictio Imaginum Sanctorum ibid.
Benedictio primarii lapidis ad Eccleſiam ædificandam. 280.
Benedictio novæ Eccleſiæ. 296.
Benedictio campanæ, vel cymbali. 302.
Benedictio novæ domus, ſeu Conventus. 306.
Benedictio domorum in Sabbato Sancto Paſchæ. 354.
Benedictio domus, ſeu loci, quocumque tempore. 328.
Benedictio cymbarum ad piſcationem. 342.
Benedictio navium. 336.
Benedictio peregrinorum ad loca ſancta prodeuntium. 322.
Benedictio Peregrinorum poſt redditum. 325.
Benedictio terræ ſeminatæ, ſeu plantatæ. 330.
Benedictio novorum fructuum. 330.
Benedictio ſuper fruges, & vineas. 331.

‡‡ Bene-

Benedictio agrorum, ut ab eis animalia noxia expellantur. 332.
Benedictio pro animalibus infirmantibus. 335.
Benedictio pro aquis infectis. 337.
Benedictio ad quodcumque comeſtibile. 338.
Benedictio Ovorum. 339.
Benedictio Panis. 339.
Benedictio Olei ſimplicis. 340.
Benedictio Agni Paſchalis. 341.
Benedictio vinculorum Beatæ ſemper Virginis Mariæ. 350.
Benedictio Thalami. 356.
Benedictio mulieris poſt partum. 355.
Benedictio Armorum. 360.
Benedictio & Traditio vexilli bellici. 351.
Benedictio Enſis. 359.
Benedictio ad exercitum ordinatum. 358.
Benedictio ejusdem ad bella prodeuntium. ibid.
Benedictio pro Tentoriis bellicis. 359.
Benedictio Papalis. 433.
Benedictio Corrigiæ. 439.
Benedictio Coronæ Beatæ Virginis Mariæ pro noſtris Corrigiatis 441.
Benedictio Roſarum B. Ritæ de Caſſia. 442.
Benedictio panis S. Nicolai de Tolentino. 445.
Benedictio habitus noſtræ Religionis à Sæcularibus pro voto geſtandi. 628.
Benedictio Cerei in Sabbato Sancto. 547.
Benedictio habitus Fratrum noſtrorum. 626.
Bene-

Benedictio Conventus in die Circumciſionis Domini. 515.
Benedictio Cinerum. 537.
Benedictio veſtimentorum, quæ ob devotionem Sancti Nicolai de Tolentino á ſuis devotis geſtantur. 457.
Confiteor Deo ſolemniter cantandum. 433.
Credo in feſtis duplicibus. 158.
Credo in feſtis ſemiduplicibus, Dominicis, & infra octavas. 159.
Exorciſmus ad obſeſſos á Dæmonio. 366.
Exorciſmus domus á Dæmone vexatæ. 380.
Exorciſmus contra tempeſtatem fulgurum, & grandinum, &c. 386.
Examen conſcientiæ quotidie faciendũ poſt Miſſam Conventualem cantatam. 508.
Flectamus genua. 159.
Forma denudationis Altarium in feria quinta in Cæna Domini. 54.
Forma publicandi excommunicationem vulgo Paulina. 417.
Forma reconciliandæ Eccleſiæ, quæ non fuerit conſecratæ una cum cœmeterio. 312.
Forma reconciliandi cœmeterii tantum. 319.
Forma communis abſolutionis. 427.
Forma abſolutionis, quando datur indulgentia plenaria. 428.
Forma abſolutionis á ſuſpenſione, vel interdicti ſive intra, ſive extra confeſſionem Sacramentalem.

talem. 429.
Forma recipiendi Corrigiatos. 603.
Gloria in excelſis Deo pro ſolemnitatibus primæ & ſecundæ claſſis. 153.
Gratiarum actio pro Electione R. P. Vicarii Generalis. 611.
Gloria in excelſis in feſtis duplicibus. 154.
Gloria in excelſis in feſtis B. Mariæ V. & in Sabbatis, ac in Miſſis votivis ejuſdem. 155.
Gloria in excelſis in Dominicis per annum. 155.
Gloria in excelſis in feſtis ſemiduplicibus. 156.
Gloria in excelſis in Miſſis votivis Trinitatis, & Angelorum. 156.
Gloria in excelſis in feſtis ſimplicibus, & in feriis tempore Paſchali. 157.
Gratiarum actio pro electione Papæ. 364.
Humiliate capita. 159.
Hymni pro ſolemitate Paſchæ. 113.
Hymni B. Mariæ Virginis. 470.
Hymnus Veni creator Spiritus. 575. & 293.
Ite miſſa eſt pro ſolemnitatibus primæ, & ſecundæ claſſis. 154.
Ite miſſa eſt in feſtis duplicibus. ibid.
Ite miſſa eſt in feſtis B. Mariæ Virginis, & in votivis Miſſis ejuſdem ac in Sabbatis 155.
Ite miſſa eſt in Dominicis per annum. ibid.
Ite miſſa eſt in feſtis ſemiduplicibus. 156.
Ite miſſa eſt in Miſſis votivis Trinitatis, & Angelorum. ibid.
Ite

Ite miſſa eſt in feſtis ſimplicibus, & in feriis tempore Paſchali. 157.
Ite miſſa eſt in octavario Pachæ. ibid.
Litaniæ omnium Sanctorum. 173.
Litaniæ B. Mariæ ſemper Virginis. 217.
Modus faciendi Mandatum. 58.
Modus recipiendi Hoſpites. 631.
Modus viſitandi infirmos. 634.
Modus miniſtrandi infirmis Paniculos Sancti Nicolai de Tolentino. 636.
Officium Adorationis Crucis in feria ſexta in Paraſceve. 73.
Oratio quadraginta horarũ, ſive continua Lauſperennis. 235.
Orationes diverſæ pro diverſis. 230.
Orationes poſt Salve Regina, vel Litanias in Sabbatis. 491.
Oratio Serotina cum Antiphonis, & orationibus illius. 493.
Oratio dicenda à Confeſſario antequam ad Confeſſiones Sacramentales accedat. 425.
Ordo ad Communicandum infirmum Fratrem in articulo mortis. 386.
Ordo ad ungendum infirmum fratrem. 391.
Preces diverſis rebus, & calamitatibus ſervientes cum Pſalmis. 223.
Preces ad electionem Summi Pontificis. 362.
Preces ad petendam pluviam. 191.
Preces dicendæ in Solitudinis ingreſſu. 629.
Preces

Preces ad poſtulandam ſerenitatem. 194.
Preces Tempore famis. 196.
Preces tempore mortalitatis, & peſtis, & aliarum ægritudinum. 199.
Preces Tempore Belli. 203.
Preces ad repellendam tempeſtatem. 188.
Preces pro quacumque tribulatione. 213.
Preces pro ſalute Regis, Reginæ, & Princi. pis. 210.
Proceſſio in Translatione Reliquiarum. 239.
Proceſſio in die Purificationis B. Mariæ. 12.
Proceſſio in die Palmarum. 27.
Proceſſio in Cœna Dómini. 47.
Proceſſio Sanctiſſimi Sacramenti in feria 6. in Paraſceve. 101.
Proceſſio ſepulturæ Domini in feria 6. in Paraſceve. 106.
Preces dicendæ in diſciplina. 504.
Preces dicendæ ante, & poſt orationem mentalem. 506.
Preces dicendæ dum exeunt à Choro. 509.
Preces dicendæ poſt Menſam. 511.
Preces dicendæ ante ſortes Sanctorum. 515.
Preces dicendæ in omnibus Conventibus tempore Capituli Generalis. 609.
Preces dicendæ in Capitulo Generali, & Diffinitoriis. 613.
Preces dicendæ in abſolutione Capituli Conventualis. 625.
Preces

Preces dicendæ in Viſitatione Conventus 620.
Preces dicendæ à Fratribus dum exeunt, & redeunt in Conventum. 632.
Profeſſio Novitiorum. 582.
Profeſſio Mantellatarum. 598.
Proceſſio in ſacra Reſurrectionis die. 108.
Proceſſio in diebus Rogationũ, & in alia quacumque neceſſitate, 173.
Proceſſio in die Corporis Chriſti. 120.
Proceſſio in gratiarum actionem. 121.
Proceſſio poſt diſtributionem panis S. Nicolai de Tolentino ubi mos eſt fieri. 452.
Proceſſio in ſolẽnitate S. P. N. Auguſtini. 458.
Proceſſio Corrigiæ. 466.
Proceſſio Titularis Conventus. 470.
Proceſſio in feſto Viſitationis Beatæ, ſemperque Virginis Mariæ. 473.
Proceſſio in feſto Angeli Cuſtodis Regni. 481.
Pſalmi Pœnitentiales. 395.
Publicatio Anathematis. 421.
Quomodo recipi debeat Legatus, & Prælatus loci. 132.
Quæ agenda in Sabbato Sancto ad benedictionem luminis. 545.
Quomodo recipi debeat R.P.N.Generalis. 137.
Quomodo Rex, vel Princeps recipi debet. 141,
Quomodo recipi debeat Regina, vel Principiſſa. 147.
Quomodo puer, vel puella debet indui habitu noſtro

ſtro, pro voto vel devotione. 346.
Quomodo poſt annum exui debet. 349.
Regina Cœli lætare. 167.
Requieſcant in pace in Miſſis ſolemnibus. 159.
Requieſcant in pace in Miſſis non ſolẽnibus. 159.
Reſponſorium devotum ad implorandum patrocinium S. Nicolai de Tolentino. 455.
Recceptio Novitiorum. 569.
Receptio Mantellatarum. 594.
Renovatio votorum in die Epiphaniæ Dñi. 535.
Salve Regina. 169.
Sancta Maria ſuccurre miſeris. 220.
Sub tuum præſidium. 219.
Te Deum laudamus. 121.
Veni creator Spiritus. 293. & 532. & 575.
Vidi aquam. 110.



IN-

# IN FESTO PURIFICATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

Immediatè poſt Tertiam (vel poſt Nonam diebus jejuniôrum) egreditur Conventus à Sacriſtia præcedente Cruce cum ceroferariis, ante quam it thuriferarius cum thuribulo, ad Altare, ubi candelæ benedicendæ in cornu Epiſtolæ ſint paratæ, & vas aquæ benedictæ: ultimo Celebrans indutus Amictu, Alba, Stola, & pluviali coloris violacei cum Miniſtris ſimiliter indutis cum planetis plicatis ejusdem coloris, omnes ſine manipulis.

¶ Si ſit Dominica, cum perventum fuerit ad Altare incipitur à Celebrante Antiphona.



ASpér ge me Dó mi ne,


Chorus proſe-quitur.
Hyſ ſó po, & mun-
dá bor, la vá bis me, & ſu-
per ni vem de albá bor.
Dicant Canto-res.
Pſalm. M i ſeré rc me i De us,
ſe cún dùm ma gnam mi ſe ricór-
di am tu am. ℣. G ló ri a Pa-
tri




Interim cantatur aſpergat Celebrans Chorum & populum, elevantibus Miniſtris fimbrias pluvialis; rediens ad Altare, finita à Choro poſt repetionem Antiphona dicat Celebrans alta voce:

 ℣. Oſtén-

℣. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam.
℟. Et ſalutáre tuum da nobis.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vóbiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus

EXáudi nos Dómine ſancte Pater, omnípotens ætérne Deus, & míttere dignêris ſanctum Angelum tuum de Cœlis, qui cuſtódiat, fóveat, prótegat, víſitet, atque defêndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde aſcendit ad Altare, & in cornu Epiſtolæ incipit benedictionem candelarum, qua finita diſtribuuntur candelæ: interim incipiant Cantores ſequentem Antiphonam.







Chorus proſequitur.





Deinde Cantores dicant:

ple bis tu æ Iſra ël.

Cant. Simeon.



NUnc di mít tis ſervum tu-



Chorus proſequatur.



um Dómine: Se cúndùm



Cantores:

verbum tu um in pa ce.



Chorus.



LUmen ad reve la ti-



ó nem gén ti um, & gló ri am ple-
bis


Cantores
bis tu æ Iſ ra ël.
QUi à vi dê runt ócu li me i:
Chorus.
Cantores.
Sa lu tá re tu um.
Chorus.
LUmen ad re ve la ti-
ó nem gén ti um, & gló ri am plebis
Cantores:
tu æ Iſ ra ël.

Quod


Chorus
QUod pa rá ſti: Ante
Can-
tores
fá ci em ómni um po pu lô rum.
Chorus.
LUmen ad reve la ti-
ó nem gén ti um: & gló ri am plebis
Can-
tores
tu æ Iſ ra ël. Gló ri a
Chorus.
Pa tri, & Fi li o: & Spi-

rítui


ri tu i ſancto.
Can- tores
L U men ad
Chorus proſe- quatur.
reve la ti ó nem gén ti um : &
gló ri am plebis tu æ Iſ ra ël.
Can- tores.
S I cut e rat in princí pi o,
& nunc, & ſempèr:
Chorus
I t in
ſæcu la ſæ cu lô rum A men.
Canto- res.

Lumen


Chorus.
LUmen ad re ve la-
ti ó nem gén ti um: & gló ri am
His expletis cantatur ſequẽs Antiphona.
ple bis tu æ Iſ ra ël.
EXúr ge Dó mi ne
ád ju va nos, & lí be ra
nos propter no men tu um. ℣ De-


us áu ri bus no ſtris au dî vi mus,
pa tres no ſtri an nun ti a vê runt
no bis. ℣. Gló ri a Pa tri,
& Fí li o, & Spi rí tu i Sancto:
Si cut e rat in princí pi o, & nùnc
& ſemper, & in ſæ cu la ſæ cu-
lôrum



Repetitur à Cantoribus Antiphona.

lô rum A men.



Chorus proſequitur

EX úr ge Dó mi ne.

Qua finita Sacerdos dicat Orémus; & Diaconus (ſi venerit infra Septuageſimam, modò non ſit Dominica) dicat: Flectámus génua; Subdiaconus, Leváte. Tunc Sacerdos dicit orationem Exáudi quæſumus, ut in Miſſali; & ipſa finita imponit incenſum in thuribulo more ſolito, deinde Diacoeus ad populum verſus dicit;



Chorus.



℣. Pro cedámus in pace. ℟. In



nómi ne Chri ſti, A men.

Deinde fit proceſſio in qua præcedit Thuriferarius cum thuribulo fumigante, poſtea Subdi-

aconus cum Cruce inter Ceroferarios, ſequitur Conventus per ordinem, ultimò Celebrans cum Diacono, omnes candelis accenſis in manibus, & cantantur in ea ſequentes Antiphonæ.




novi


no vi lú mi nis: ſubsí ſtit Vir go,
addú cens má ni bus Fí li um
an te lu ci fe rum gé ni tum: quem
acci pi ens Sí me on in ulnas
ſu as prædi cá vit pó pu lis
Dó mi num e um eſſe vi tæ,

&



& mor tis, & Salva tó rem



## Alia Antiphona.

mun di.



REſpón ſum accé pit



Si me on à Spi ri tu San cto



non vi ſú rum ſe mor tem, ni ſi



vi dé ret Chri ſtum Dó mi-
ni:


ni: & cùm indú ce rent pú e rum
in templum, accé pit e um in
ul nas ſu as, & bene dí xit De-
um, & di xit: Nunc dimít tis ſervum
tu um Dó mi ne in pa ce.
℣. Cum indú ce rent pu e rum Jesum
parén-




His finitis, & non antea, ingrediendo Eccleſiam cantatur moroſe ſequens Reſponſorium.




os pul los co lumbâ rum. * Sicut
ſcri ptum eſt in le ge Dó-
mi ni. ℣. Poſtquam impléti ſunt di-
es purga ti ó nis Ma rî æ ſecún-
dùm le gem Moy ſi, tu lé runt il lum
in Hie rú ſa lem, ut ſiſte rent e-


um Dó mi no * Si cut ſcri ptum
eſt in le ge Dó mi ni.
℣. Gló ri a Pa tri, & Fí li o,
& Spi rí tu i San cto. * Si cut
ſcri ptum eſt in le ge Dó mini.

# IN DIE PALMARUM.

Completa Tertia, procedit immediate Conventus ad Benedictionem ramorum, præcedente Cruce cum Ceroferariis, ultimò Celebrans cũ pluviali violaceo, & miniſtri planetis plicatis ſine manipulis accedunt ad Altare, & ibi faciat ſolitam aſperſionem dicens ſequentem Añam.

Chorus proſequatur.





Pſalm. M i ſe ré re me i De us



ſe cún dúm magnam mi ſe ri cór-



di am tu am,

Non dicitur Glória Patri, ſed poſt Pſalmum Miſerêre mei Deus, repetitur immediate Antiphona Aſpérges me Dómine. Facta aquæ aſperſione more ſolito, Celebrans procedit ad benedicendum ramos in cornu Epiſtolæ poſitus medius inter miniſtros, qui accipiunt manipulos, & tunc á Choro cantatur ſequens Antiphona.



H O ſán na Fi li o Da-

vid:




Deinde Celebrans in cornu Epiſtolæ non vertens ſe ad pópulum dicit junctis manibus:
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
Deinde orationem: Deus, quem diligere, &c. pro ut in Miſſali. Poſtea Subdiaconus deponens prius planetam in loco ſolito cantat Epiſtolam, poſt quam reaſſumit planetam poſt deoſculationem manus Celebrantis, & finita Epiſtola cantatur à Choro pro Graduali ſequens Reſponſorium.


IN mon te O li vé ti
o rá vit ad Pa trem: Pa ter,
ſi fi e ri po teſt, trán ſe at à
me ca lix i ſte. * Spí ri tus
quidèm prom ptus eſt, ca ro au tém
infir ma: fi at volùn tas tu a.

℣. Vigi-




Interim dùm cantatur Reſponſorium Diaco-nus accedit ad Credentiam, ibi depoſita planeta accipit ſtolam latiorem, & affert librum Euan-

geliorum

geliorum ad Altare. Celebrans legit Euangelium in cornu Epiſtolæ, poſtea miniſtrante Diacono naviculam ponit incenſum in thuribulum; & reliqua fiant ut moris eſt in Miſſis ſolemnibus. Finito Euangelio deponunt Miniſtri manipulos, Diaconus deponit ſtolã latiorẽ & ſumit planetam & Celebrans inter illos in cornu Epiſtolæ benedicit Ramos dicens orationes junctis manibus cum Præfatione, in fine cujus cantátur à Choro incipientibus Cantoribus quod ſequitur.




Hoſan-




Finita Benedictione, Sacerdos ſtans ante Altare verſus ad populum diſtribuit Ramos primò Clericis, deinde Laicis; ac interim è Choro cãtantur ſequentes Antiphonæ.






## Alia Antiphona.




Filio



Fi li o Da vid: be ne dictus, qui



ve nit ín nó mine Dó mi ni.

Quæ ſi non ſufficiant, repetantur quouſque Ramorum diſtributio finiatur. Finita oratione Omnipotens ſempitérne Deus &c. fit Proceſſio & primò imponitur incenſum in thuribulum & dicto à Diacono Procedámus in pace; ut fol. 11. præcedat Thuriferarius, deinde Subdiaconus cũ Cruce inter Ceroferarios; & cantantur in ea ſe-quentes Antiphonæ, vel omnes, vel aliquæ quo-uſque durat Proceſſio.



CUm appro pinquá ret



Dó mi nus Hiero ſó lymam, mi ſit


du os ex diſ cí pu lis ſu is di-
cens: I te in ca ſtél lum, quod eſt
con tra vos; & inve ni é tis pul lum
á ſinæ al li gá tum ſu per quem
nullus hó minum ſe dit: ſól vi te,
& ad dú ci te mi hi. Si quis vos

interro-


interroga ve rit, dí ci te: o pus
Dó mini eſt. Solvén tes adduxê-
runt ad JE SUM, & impoſu ê runt il-
li veſtimén ta ſu a, & ſe dit ſu-
per eum. A li i expandé bant
veſtiménta ſu a in vi â: á li i
ramos


ramos de arbó ri bus ſterné bant: &
qui ſequebán tur clamá bant: Hoſán na,
be ne dictus, qui ve nit in nó mi ne
Dó mi ni, bene di ctum regnum pa tris
no ſtri Da vid: Hoſan na in excél-
ſis; mi ſe rê re no bis, Fi li

David


Alia Antiphona.
Da vid.
C
Um audiſ ſet pó pu-
lus qui à Je sus ve nit Hiero ſo-
lymam, accepê runt ramos palmâ rum:
& ex i ê runt e i ob vi am,
& clamá bant pú e ri di céntes:

Hic


Hic eſt qui ventû rus eſt in
ſa lu tem pó pu li. Hic eſt ſa-
lus no ſtra, & redém pti o
Iſ ra ël. Quan tus eſt i ſte
cu i Thro ni & Domi na ti ó nes
occúr. runt? Noli timê re fi li a
Sion


Si on: ecce Rex tu us ve nit
ti bi, ſe dens ſu per pul lum á ſi-
næ: ſi cut ſcri ptum eſt. Sal ve
Rex fa bri cá tor mun di, qui ve-
ní ſti re dí me re nos.

## Alia Antiphona.




rum: & clamá bant voce ma gnâ dicén-
tes: Hoſán na in excél ſis: bene-
di ctus, qui ve ní ſti in mul ti-
tú di ne mi ſe ri córdi æ tu æ:
Ho ſan na in ex cél ſis.

## Alia Antiphona.



O Ccur runt tur bæ cum



fló ri bus, & pal mis, re demptó ri



ób vi am: & vi ctó ri tri umphánti



digna dant obſé qui a: Fi li um



De i o re gentes præ dicant: &

in




In reverſione Proceſſionis ad Eccleſiam duo, vel quatuor Cantores intrant, & clauſo oſtio ſtantes verſa facie ad proceſſionem incipiunt verſum (Glória laus) & totum decantant uſque ad verſum (Iſraël es tu Rex) excluſivè. Sacerdos verò cum aliis ſtantibus extra Eccleſiam, repetit illud idem. Deinde ſtantes intùs cantant verſus ſequentes, vel omnes, vel partem, pro diſpoſitione Cantorum, & ſtantes extra, ad quoſlibet duos verſus reſpondent (Glória laus) ſicut à principio, hoc ſequenti ordine.

Incipiunt Cantores intra Eccleſiam.

Glória













Chorus repetit idem.

Cantores.







ne



ne qui in Dó mi ni Rex bene dí-



Chorus repetit ſequentia.

cte ve nis.



Gló ri a, laus, & ho nor ti-



bi ſit Rex Chriſte Redémptor, cu i



pu e rî le decus prompſit: Hoſán-



Cantores ulteriùs dicunt.

na pi um.

Cœtus


Cœ tus in excél ſis te laudat cœ-
li cus omnis: & mor ta lis ho mo
Chorus reſpondet;
cuncta cre á ta ſimùl.
Gló ri a, laus, & ho nor ti bi
ſit Rex Chri ſte Re demptor, cu i
pu e rî le de cus prompſit: Ho ſán-
na


Cantores proſequantur:
na pi um.
Plebs Hebræ a ti bi cum palmis ób-
vi a ve nit: cum prece, vo to, hym-
nis ádſumus ec ce ti bi.
Cho-rus.
Gló ri a, laus, & ho nor ti bi
ſit Rex Chri ſte Re demptor, cu i

F puerí-


pu e rî le de cus prompſit: Ho ſán-
Cantores proſequuntur.
na pi um.
Hi ti bi paſſú ro ſolvé bant mú-
ni a lau dis: nos ti bi regnán ti
Chorus reſpondet.
pángimus, ec ce me los.
Gló ri a, laus, & ho nor ti-

ti


bi ſit Rex Chriſte Redémptor, cu i
pu e rî le decus prompſit: Hoſán-
Cantores ulteriùs dicunt.
na pi um.
Hi pla cu ê re ti bi, plá ce at
de vô ti o no ſtra: Rex bone, Rex
cle mens, cui bona cun cta pla cent

Chorus reſ-
pondet.



Gló ri a, laus, & ho-



nor ti bi ſit Rex Chri ſte Redém-



ptor, cu i pu e rî le decus prompſit:



Ho ſán na pi um.

Poſtèa Subdiaconus haſtili Crucis percutit portam, qua ſtatim aperta, Proceſſio intrat Eccleſiam cantando moroſè ſequens Reſponſorium.



INgre di én te Dó mino in
ſanctam


ſanctam ci vi tá tem Hebræô rum
pú e ri re ſur recti ó nem vi-
tæ pronun ci án tes. * Cum ra-
mis palmâ rum Ho ſán na cla-
má bant in excél ſis. ℣. Cùm
audi ſſet pó pu lus, quòd J sus ve-
nîret


nî ret Hie ro ſó lymam ex i ê-
runt ób vi am e i. * Cum ra mis
pal mâ rum Ho ſan na clamá-
bant in excél ſis.

# FERIA QUINTA
## IN CÆNA DOMINI.

Finita Communione dicitur à Choro ſe-
quens Poſtcommunio.












Finita Miſſa, fit Proceſſio more ſolito, & cantantur in ea ſequentes Hymni.







preti-




Nobis datus, nobis natus
Ex intáctâ Vírgine,
Et in mundo converſátus,
Sparſo verbi ſémine,
Sui moras incolátûs
Miro clauſit órdine.
In ſuprémâ nocte Cœnæ
Recúmbens cum frátribus,
Obſervátâ lege plenè,
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat ſuis mánibus.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem éfficit:
Fitque ſanguis CHRISTI merum,
Et ſi ſenſus déficit,
Ad firmándum cor ſincérum
Sola fides ſúfficit.

Tantum ergò Sacraméntum
Venerémur cérnui:
Et antíquum documéntum
Novo cedat rítui;
Præſtet fides ſuppleméntum
Sénſuum deféctui.

Genitóri, Genitóque
Laus, & jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit, & benedíctio,
Procedénti ab utróque
Compar ſit laudátio. Amen.

## Hymnus.



S A cris ſo lémni is juncta




N octis recólitur Cœna noviſſima,
Quâ Christus créditur agnum, & ázyma
Dediſſe frátribus juxta legítima,
Priſcis indúlta Pátribus.
P oſt agnum typicum explétis épulis,
Corpus Domínicum datum Diſcípulis,
Sic totum ómnibus, quod totum singulis,
Ejus fatémur mánibus.
D edit fragílibus Córporis férculum,
Dedit & triſtibus Sánguinis póculum:
Dicens: Accípite quod trado váſculum,
Omnes ex eo bíbite.

Sic ſacrificium iſtud inſtítuit.
Cujus officium committi vóluit
Solis Presbyteris, quibus ſic cóngruit,
Ut ſumant, & dent cæteris.

Panis Angélicus fit panis hóminum,
Dat panis cœlicus figúris términum:
O res mirábilis, mandúcat Dóminum
Pauper, ſervus, & húmilis.

Te Trina Déitas, Unaque póſcimus,
Sic nos tu vìſita, ſicut te cólimus,
Per tuas ſémitas duc nos quò téndimus
Ad lucem, quam inhábitas. Amen.

## Hymnus.



VErbum ſu pérnum pródi ens,



Nèc Pa tris lin quens déx te ram, Ad







In mortem à Diſcipulo
Suis tradéndus æmulis,
Priùs in vitæ férculo
Se trádidit Diſcipulis.
Quibus ſub binâ ſpécie
Carnem dedit, & Sánguinem,
Ut dúplicis ſubſtántiæ
Tótum cibáret hóminem.
Se naſcens dedit ſócium,
Convéſcens in edúlium,
Se móriens in prétium;
Se regnans dat in prœmium.
O ſalutáris Hóſtia,
Quæ Cœli pandis óſtium
Bella premunt hoſtília
Da robur, fer auxîlium.

Uni, Trinóque Dómino.
Sit ſempitérna glória,
Qui vitam ſine término
Nobis donet in pátriâ. Amen.

Cùm perventum fuerit ad locum ubi collocandum eſt Sacramentum accipit Diaconus calicem de manu Celebrantis, quem ponit in capſula; & his peractis eant Fratres cum ſilentio in Chorum ad Veſperas dicendas: & circa finem exeunt Celebrans, & Miniſtri á Sacriſtia in albis ſine manipulis, ſed Celebrans, & Diaconus cum ſtolis violacei coloris ad denudanda altaria excepto Altari in quo eſt Sacramentum, interim dicentes Antiphonam cum Pſalmo ſequenti.

Antiphona, Diviſérunt ſibi veſtiménta mea, & ſuper veſtem meam miſérunt ſortem.

Pſalmus 31.

DEus, Deus meus, réſpice in me, quare me dereliquiſti? * Longè à ſalute meâ verba delictôrum meôrum.

Deus meus, clamábo per diem, & non exáudies: * & nocte, & non ad inſipiéntiam mihi.

Tu autèm in ſancto hàbitas: * laus Iſraël.

In

In te ſperavêrunt patres noſtri : * ſperavêrunt, & liberáſti eos.

Ad te clamavêrunt, & ſalvi facti ſunt : * in te ſperavêrunt, & non ſunt confúſi.

Ego autèm ſum vermis, & non homo : * oppróbrium hóminum, & abjéctio plebis.

Omnes vidéntes me deriſêrunt me : * loquúti ſunt labiis, & movêrunt caput.

Sperávit in Dómino, erìpiat eum : * ſalvum fáciat eum, quóniàm vult eum.

Quóniàm tu es, qui extraxíſti me de ventre : * ſpes mea ab ubéribus matris meæ, in te projéctus ſum ex útero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu : * ne diſcéſſeris à me.

Quóniàm tribulátio próxima eſt : * quóniàm non eſt qui ádjuvet.

Circumdedêrunt me vítuli multi : * tauri pingues obſedêrunt me.

Aperuêrunt ſuper me os ſuum : * ſicut leo rápiens, & rúgiens.

Sicut aqua effuſus ſum : * & diſpérſa ſunt ómnia oſſa mea.

Factũ eſt cor meum tanquàm cera liquéſcens : * in médio ventris mei.

Aruit tanquàm teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit fáucibus meis : * & in púlverem mor-

tis

tis deduxiſti me.

Quóniàm circumdedêrunt me canes multi : * concilium malignántium obſédit me.

Fodêrunt manus meas, & pedes meos : * dinumeravêrunt ómnia oſſa mea.

Ipſi veró conſideravêrunt, & inſpexêrunt me : * diviſêrunt ſibi veſtiménta mea, & ſuper veſtem meam miſêrunt ſortem.

Tu autèm Dómine ne elongáveris auxilium tuũ á me : * ad defenſionem meam conſpice.

Erue à frámeâ Deus ánimam meam : * & de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis : * & à córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis : * in médio Ecclésiæ laudábo te.

Qui timétis Dóminum, laudáte eum : * univérſum ſemen Jacob glorificáte eum.

Timeat eum omne ſemen Iſraël : * quóniàm non ſprevit, nequè deſpéxit deprecatiónem páuperis.

Nec avértit fáciem ſuam á me : * & cùm clamárem ad eum, exaudîvit me.

Apud te laus mea in Ecclésiâ magnâ : * vota mea reddam in conſpéctu timéntium eum.

Edent páuperes, & ſaturabúntur, & laudábunt Dóminum, qui requîrunt eum : * vivent corda

da eôrum in ſæculum ſæculi.

Reminiſcéntur, & converténtur ad Dñum : * univérſæ famíliæ géntium.

Quóniàm Dómini eſt regnum : * & ipſe dominábitur géntium.

Manducavêrunt, & adoravêrunt omnes pingues terræ : * in conſpéctu ejus cadent omnes, qui deſcéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet : * & ſemen meum ſérviet ipſi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra : * & annuntiábunt Cœli juſtítiam ejus, pópulo, qui naſcétur, quem fecit Dóminus.

# DE MODO FACIENDI
# MANDATUM.

Poſt prandium hora competenti, facto ſigno cum tabula, conveniant Fratres ad faciendum Mandatum in loco deſtinato, & ibi erunt omnia ad pedum lotionem præparata. Tunc, proceſſionaliter procedant illùc, præcedente Thuriferario cum Ceroferariis; ultimò Celebrans cũ ſtola & pluviali violacei coloris cum Miniſtris ſtola, manipulis, & Dalmaticis coloris albi indutis; & peractis iis, quæ fieri ſolen t ad Euangelia in Miſſis ſolemnibus, cantatoq; Euangelio Ante diem feſtum &c. reliqua poſt ipſum ut moris eſt fiant, & depoſitis à Miniſtris manipulis, & à Celebrante pluviali, præcingitur linteo oblongo & accedunt ad ſedentes in lotionem pedum, quos lotos tergit, & oſculatur, miniſtrantibus Accolytis pelvim, & aquam; interim ſedentibus Fratribus, habentibusque in manibus libros, cantetur quod ſequitur, vel omnia, vel in parte.

## Antiphona.


M Andá tum novum do vo-
bis ut di ligá tis in vicem ſicut di-
lé xi vos, dicit Dó minus. Pſ. Be-
á ti imma culá ti in vi â,
qui ámbu lant in le ge Dó mi ni.


Aña.
MAndátum no vum do vo bis
ut di li gá tis in vi cem ſicut di-
lé xi vos, dicit Dó minus.
Alia Aña.
POſtquam ſur ré xit Dó-
mi nus à Cœ nâ mi ſit a quam
in pel vim, & cœ pit lavá re
pedes


pe des Diſci pulô rum ſu ô rum:
hoc exém plum re lî quit e is.
Pſalm. Magnus Dó mi nus, & laudábi lis
ni mis in ci vi tá te De i noſtri,
in monte ſan cto e jus.
Aña.
P Oſtquam ſurré xit Dó-
minus


mi nus à cœ nâ mi ſit a quam
in pel vim, & cæ pit la vá re
pe des Diſcipu lô rum ſu ô rum
hoc exém plum re lí quit e is.
Alia Aña.
D O mi nus Je-
sus poſtquam cœná vit cum Diſci-
pulis


pu lis ſu is la vit pe des e ô rum,
& a it il lis: Sci tis
quid fe ce rim vobis e go
Dó mi nus, & Ma gi ſter? Ex ém-
plum de di vo bis, ut & vos
i ta fa ci á tis. ℣. B ene di-
xiſti


xí ſti Dómi ne ter ram tu am:
a ver tí ſti ca pti vi tá tem Ja cob.
Antiphona.
D O minus JE-
ſus poſtquam cœná vit cum Diſci-
pu lis ſu is la vit pe des e ô rum,
& a it il lis: Sci tis

quid




Alia Antiphona.




Reſpondit JEſUS, & di xit
e i: Si non lá ve ro ti-
bi pe des non ha bé bis par-
tem me cum. ℣. Venit er gò ad
Simónem Petrum, & di xit e i Petrus.
Aña. D O mi ne tu
mihi


mi hi la vas pe des?
Re ſpon dit JE sus & di xit
e i: Si non lá vero ti-
bi pe des non habé bis par-
tem me cum. ℣. Quod e go fá ci o
tu ne ſcis modò ſci es autem póſte a.


Aña.
D O mi ne tu
mi hi la vas pe des?
Re ſpon dit JE sus & di xit
e i: Si non lá vero ti-
bi pe des non habé bis par-
tem me cum.

## Alia Antiphona.




hæc


hæc om nes gen tes: áu ri bus per-
cí pi te qui habi tá tis or bem.
Aña.
S I e go Dó mi nus,
& Ma giſter ve ſter la vi vo-
bis pe des: quan to ma gis de-
bé tis al ter al té ri us la-




Finita pedum lotione Celebrans exuitur linteo oblongo, lavat manus, & abſtergit alio linteo. Deinde reddiens ad locum, ubi prius fuerat, accipit Pluviale, & dicit alta voce P ater noſter; quo ſub ſilentio completo dicat

℣. E t ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. S ed líbera nos à malo.
℣. T u màndáſti mandáta tua Dómine.
℟. C uſtodîri nimìs
℣. T u laváſti pedes Diſcipulôrum tuôrum.
℟. O pera mánuum tuârum ne deſpícias.
℣. D ómine exáudi oratiónem meam.
℟. E t clamor meus ad te véniat.
℣. D óminus vobiſcum. ℟. E t cum ſpíritu tuo.

O rémus. O ratio.

A Déſto Dómine, quæſumus, offício ſervitútis noſtræ: & quià tu diſcípulis tuis pedes laváre dignátus es, ne deſpícias ópera mánuum tuárum, quæ nobis retinénda mandáſti, ut ſicut hîc nobis, & à nobis exterióra ablu-

abluúntur inquinaménta: ſic à te ómnium noſtrô-rum interióra lavéntur peccáta. Quod ipſe præſtáre dignéris, qui vivis, & regnas, Deus, per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Sic finitur officium in feria quinta in Cœna Domini.

# FERIA SEXTA
## IN PARASCEVE.

Finitis orationibus poſt Paſſionem Celebrans cum Miniſtris, depoſitis planetis, in cornu Epiſtolæ in poſteriori parte anguli Altaris accipit à Diacono Crucem de Altari velo nigro coopertam, quam per partes diſcooperit, ut in rubricis Miſſalis jubetur, interim gradatim elevãdo vocem ſolus cantans incipit, ſed proſequitur cum Miniſtris tèr ſequentem Antiphonam, ad quam Chorus reſpondet tèr genuflectens, ordine ſequenti.

Celebrans ſolus incipit.



E C ce li gnũ Cru cis,

cũ Miniſtris.



in quo ſa lus mũ di pepén dit.

Chorus genuflectens reſpondet.



VEní te adoré mus.

Detecta Cruce à Celebrante, ipſe ſolus portat eam ad locum præparatum ante gradus Altaris, detractiſque calceis primus adorat & ſimiliter Miniſtri & omnes per ordinem: interim Chorus cantat quod ſequitur, vel partem, pro ut multitudo adorantium requirit; ordine ſequenti.

Duo Cantores in medio Chori cantant



POpu le me us quid



fe ci ti bi? Aut in quo contri-



contriſtá vi te? Reſpón-



de mi hi. ℣. Qui à e dú xi



te de ter râ Ægy pti: pa-



rá ſti Cru cem Salvató ri tu o.

Unus Chorus cantat.



H A gi os ò



Alius Chorus reſpondet.

The ôs.


Primus Chorus.
S
An ctus De us.
H
A gi os iſchy ros.
Secundus Chorus.
S
nA ctus for tis.
Primus Chorus.
H
A gi os athá-
na tos e le i ſon i mas.
Secundus Chorus.
S
Anctus immortá-

lis




Poſtea duo de Secundo Choro cantant.













ſatìs


ſa tis bo nam; pará ſti Cru-
cem Salva tó ri tu o.
Primus Chorus.
H A gios ò The os.
Se-cũ-dus Chorus.
S An ctus De us.
Primus Chorus.
H A gi os iſchy ros.
Secundus Chorus.
S An ctus for tis.

Primus

Primus Chorus.



H A gi os athá-



na tos e le i ſon i mas.

Secundus Chorus.



S Anctus immortá-



lis mi ſe ré re no bis.

Duo Cantores de primo Choro



Q Uid ul trà



dé bu i fá ce re ti bi, & non feci?


fe ci? Ego qui dèm plantá vi
te vi ne am me am ſpe ci o-
sí ſſimam: & tu fa cta
es mi hi ni mìs a má ra;
a cé to nan que ſi tim me am
po tá ſti, & lán ce â per fo rá-

ſti


ſti la tus Salva tó ri tu o.
Pri-
mus
Cho-
rus.
H
A gi os ò The os.
Secundus
Chorus.
S
An ctus De us.
Primus
Chorus
H
A gi os íſchy ros.
Secundus
Chorus.
S
An ctus for tis.
Primus
Chorus
H
A gi os athá-
L
na tos



natos. &c. Sanctus immortá lis. &c.

Verſus ſequentis improperii à duobus Cantoribus alternatim cantantur, utroque Choro ſimul repetente poſt quemlibet verſum Pópule meus. órdine ſequenti.

## INCIPIUNT IMPROPERIA.

Duo de ſecundo Choro cantant.



E Go pro pter te fla-



gel lá vi Æ gy ptum cum primogé-
nitis


ni tis ſu is; & tu me fla gel-
gá tum tra di di ſti.
Chorus repetit.
P O pu le me us quid
fe ci ti bi? Aut in quo
contriſtá vi te? Reſpón-
Duo de primo Choro.
de mi hi.


E
Go e dú xit te de Æ-
gy pto demérſo Pha ra ó ne in ma-
re ru brum, & tu me tra di dí ſti
prin cí pi bus Sacerdó tum.
Chorus repetit.
P
O pu le me us quid
fe ci ti bi? Aut in quo


contriſtá vi te? Reſpón-
de mi hi.
Duo de ſecundo Choro.
EGo ante te a pé-
ru i ma re: & tu a pe ru í-
ſti lán ce â la tus me um.
Chorus repetit.
POpu le me us quid
feci


fe ci ti bi? Aut in quo
contriſtà vi te? Reſpón-
de mi hi.
Duo de primo Choro.
EGo an te te præ î-
vi in co lúmnâ nu bis: & tu
me de du xí ſti ad præ tó ri um
Piláti


Pi la ti.
Chorus repetit.
P
Opu le me us, quid
fe ci ti bi? Aut in quo
contri ſtá vi te? Reſpón-
de mi hi.
Duo de ſceundo Choro.
E
Go te pa vi mannâ

per


per de ſér tum, & tu me ce ci dí-
ſti à la pis, & flagél lis.
Chorus repetit.
P
O pu le me us, quid
fe ci ti bi? Aut in quo
contri ſtá vi te? Reſpón-
Duo de primo Choro.
de mi hi.

Ego


E Go te po tá vi aquâ
ſa lú tis de pe trâ: & tu me
po táſti fel le, & a cé to.
Chorus repetit.
P O pu le me us quid
fe ci ti bi? Aut in quo
contriſtá vi te? Reſpón-


Duo de ſecundo Choro.
de mi hi.
E Go pro pter te Ca na næ-
ô rum re ges percúſ ſi: & tu
Chorus repetit.
percuſſiſti arúndine ca put me um.
P O pu le me us quid
fe ci ti bi? Aut in quo
contri-


contriſtá vi te? Reſpón-
de mi hi.
Duo de primo Choro.
E Go de di ti bi ſce-
ptrum re gá le: & tu de dí ſti cápi-
ti me o ſpine am coró nam.
Chorus repetit.
P O pu le me us quid


fe ci ti bi? Aut in quo
contriſtá vi te? Reſpón-
Duo de ſecundo Choro.
de mi hi.
E Go te ex al tá vi
ma gnâ vir tu te: & tu me ſuſpen-
dí ſti in pa tí bu lo Cru cis.
Chorus repetit.

P ópule




His finitis, ſi adhùc ſuperſit adorantium multitudo, ulteriùs cantatur quod ſequitur.




mus Dó mine, & ſanctam re ſurrecti-
ó nem tu am laudámus, & glo ri fi-
cá mus; eccè e nìm propter li-
gnum ve nit gáu di um u ni vér ſo
mun do. Pſalm. D e us mi ſe re-
á tur noſtri, & bene dí cat no bis:

illú-


il lú mi net vultum ſu um ſu per nos,
& mi ſe re á tur no ſtri.
Repetitur.
CRu cem tu am a do rá-
mus Dó mine, & ſanctam re ſur recti-
ó nem tu am laudámus, & glo ri fi-
cá mus; ec cè e nim pro pter li-
gnum



gnum ve nit gáu di um u ni vérſo



mun do.

Póſtea cantatur ℣. Crux fidelis, cum Hymno ſequenti Pange lingua &c. & poſt quemlibet ejus verſum repetitur Crux fidelis, vel Dulce lignum eo modo quo inferius notatur.



CRux fi dé lis, in ter om nes



Ar bor u na nò bi lis:



Nul la ſil va ta lem pro fert,

Fronde



Fronde, flo re, gér mi ne:



D Ul ce lignum, dulces cla vos,



Dul ce pondus ſú ſti net.

Hymnus.



P Ange lingua glo ri ó ſi



Láu re am cer tá mi nis,




Repetitur Crux fidélis uſque ad Dulce lignum excluſivè; ſic alternatim poſt reliquos verſus.

De paréntis protopláſti
Fraude Factor cóndolens,
Quandò pomi noxiális
In necem morſu ruit:
Ipſe lignum tùnc notávit,
Damna ligni ut ſólveret.

Repetitur Dulce lignum &c.

Hoc opus noſtræ ſalútis
Ordo depopóſcerat;
Multifórmis proditóris
Ars ut artem fálleret,
Et medélám ferret indè,
Hoſtis undè læſerat.
Repetitur Crux fidélis &c.
Quandò venit ergò ſacri
Plenitúdo témporis,
Miſſus eſt ab arce Patris
Natus, orbis Cónditor,
Atque ventre Virgináli
Carne amíctus pródiit.
Repetitur Dulce lignum &c.
Vagit infans inter arcta
Cónditus præſépia:
Membra pannis involúta
Virgo Mater álligat:
Et Dei manus, pedéſque
Stricta cingit fáſcia.
Repetitur Crux fidélis &c.
Luſtra ſex qui jam perégit.
Tempus implens córporis,
Sponte líbera Redémptor
Paſſióni déditus,
Agnus in Crucis levátur
Immolánsdu ſtipite.

Repetitur D ulce lignum &c.

F elle potus eccè languet,
Spinâ, clavi, lánceâ
Mite corpus perforârunt:
Unda manat, & cruor:
Terra, pontus, aſtra, mundus
Quo lavántur flúmine!

Repetitur C rux fidélis &c.

F lecte ramos arbor alta,
Tenſa laxa víſcera,
Et rigor lentéſcat ille
Quem dedit natívitas;
Et ſupérni membra Regis
Tende miti ſtípite.

Repetitur D ulce lignum &c.

S ola digna tu fuiſti.
Ferre mundi Víctimam;
Atque portum præparáre
Arca mundo náufrago,
Quam ſacer cruor perúnxit,
Fuſus Agni córpore.

Repetitur C rux fidélis &c.

S empitérna ſit beátæ
Trinitáti glória,
Æqua Patri, Filióque:
Par decus Paráclito:
Unius Triníque nomen
Laudet univérſitas. Amen.

Repetitur D ulce lignum &c.

Finita Crucis adoratione, ſit proceſſio (ut in Miſſali continetur) ab illo altari ubi Paſſio dicta fuit in locum ubi Sanctiſſimum Sacramentum manſit reſervatum: & in ea nihil, aut cum nota, aut ſine nota cantatur. In reverſione vero proceſſionis, & dum Sacramentum à Celebrante incenſatur, cantetur ſequens Hymnus, & quoties opus fuerit idem hymnus repetatur. Et ſi non debet fieri ultima proceſſio, hæc ſit ſolemnis per Eccleſiam, vel per clauſtrum repetendo eundem Hymnum. Si autem fieri debet ultima, hæc ſolùm fiat à loco ubi eſt Sacramentum ad altare, ubi finiendum eſt officium.

Hymnus



VExil la Re gis pró de unt,



Fulget Cru cis myſté ri um,

Quâ


Quâ vi ta mortem per tu lit,
Et mor te vi tam pró tu lit.
QUæ vulne rá ta lán ce æ
Mu cró ne di ro crí mi num,
Ut nos la vá ret ſór di bus,
Maná vit un dâ, & ſangui ne.

Impléta


IM plé ta ſunt quæ cón ci nit
Da vid fi dé lis cár mi ne
Di céndo na ti ó ni bus,
Regná vit à ligno De us.
ARbor decó ra, & fúl gida,
Orná ta Re gis púr pu râ:

Elé-


E lé cta di gno ſtí pi te
Tàm ſan cta membra tán ge re.
B E á ta cu jus brá chi is
Pre ti um pe pén dit ſæ cu li,
Sta tê ra fa cta cór po ris,
Tu lít que præ dam Tár ta ri.

O' Crux


O Crux a ve ſpes u nica
Hoc Pa ſſi ó nis tém po re
Pi is ad áu ge grá ti am,
Re ísque de le cri mi na.
TE fons ſa lú tis Tri ni tas,
Col láu det omnis ſpi ri tus,

O Quibus



Qui bus Cru cis vi ctó ri am



Lar gî ris adde præ mi um. Amen.

Poſt ſumpionem Sacramenti immediatè dicãtur Veſperæ ſine nota in tono gravi, & humili; poſt quas ubi commodè, & aptè fieri poſſit, fiat alia proceſſio in qua cantatur moroſe quod ſequitur.



H Eu, he u, Dó mi ne,



he u, Sal vá tor no ſter!

Collocato feretro in loco, Celebrans ſine nota in tono graviſſimo, & flebili proſtratus ante

Altare cum Miniſtris dicat ſequentia, ad quæ reſpondeant è Choro etiam procumbentes eodem mitiſſimo, & lugubri tono.

℣. Æſtimátus ſum, ℟. Cum deſcendéntibus in lacum, factus ſum ſicut homo ſine adjutório inter mórtuos liber. ℣. Sepúlto Dómino: ℟. Signátum eſt monuméntum, volvéntes lápidem ad óſtium monuménti, ponéntes mílites, qui cuſtodîrent illud. ℣. In pace factus eſt, ℟. Locus ejus. ℣. In pace in idìpſum: ℟. Dórmiam, & requiéſcam. ℣. Caro mea; ℟. Requiéſcet in ſpe.

Orémus.

DOmine Jesu Chriſte, qui horâ diéi últimâ de Cruce depóſitus in bráchiis tuæ Sãctiſſimæ Matris, ut piè créditur, reclinátus fuiſti: cujus ánimam mortis tuæ gládius pertransîvit; quiq; poſt matérnos ampléxus, & amáros, ac lacrymóſos ſingúltus, in ſepúlchro reclúſus trìduò quievìſti; concéde: ut qui tuam recólimus paſſiónem, ipſi, devîctis hoſtibus, à cunctis malis, & à morte perpétua liberémur. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculòrum. ℟. Amen.

# IN SACRA RESURECTIONIS DIE

Si fiat Proceſſio in Aurora procedat Conventus ad Altare ordine in ſuperioribus rubricis annotato diebus Purificationis, & Palmarum. Præparata pixide à Celebrante cum ſacra Synaxi, antequam populo oſtendatur cantent Miniſtri, Diaconus ſcilicet & Subdiaconus ſequens reſponſorium.




Cho-

Chorus repetit idẽ; poſtea Miniſtri proſequũtur.



℣. Qui pro no bis pe pén dit in lig no.



Chorus. * Al le lú ia, Al le lú ia.



Miniſtri ℣. Gló ri a Pa tri, & Fí li o,



& Spi rì tu i Sancto.

Chorus repetit verſum Surrexit Dóminus de ſepúlchro; Allelúia, allelúia. Miniſtri & Celebrans cum pixide ad populum vertuntur, & dicant.



℣. Surréxit Dóminus verè: Allelú ia.

℟. Et



℟. Et appá ru it Simóni: Alle lú ia.

Tunc incipiatur Proceſſio, in qua cantabitur Hymnus Te Deum laudámus, & Pſalmi pro diſpoſitione Cantorum. *Vide quæ infra; fol.* 113.

---

# ANTIPHONA DICENDA

Dominicis diebus tempore Paſchali ad Aſperſionem aquæ benedictæ ante Miſſam.



Chorus proſequatur.

V I di a quam



Egre di én tem de tem plo à látere


lá te re dex tro, al le lú ia:
& om nes ad quos pervé nit a-
qua i ſta ſal vi fa cti ſunt, &
di cent, allelú ia: allelú ia.
Can-tores.
℣. Confi té mi ni Dó mi no quó-
ni am bo nus:
Cho-rus.
quó ni am in

ſæculum



ſæcu lum mi ſe ricór di a e jus.

Cantores.



℣. Glò ri a Pa rri, & Fí li o,



Chorus proſequitur.

& Spi rí tu i Sancto.



Si cut e rat in princì pi o, & nunc,



& ſem pèr, & in ſæ cu la ſæ cu lô-



rum A men.

Repetitur Aña Vidi aquam postea dicũtur verſus & oratio ut fol. 3.

In hujus ſacræ Reſurrectionis diei Proceſſione, ſi longa ſit via, poterunt etiam cantari ſequentes hymni, ſcilicet, Pange lingua; ut in feria quinta in Cæna Domini, vel Hymnus.




Divìna cujus cháritas
Sacrum propínat Sánguinem,
Almìque membra Córporis
Amor ſacérdos ìmmolat.

Sparſum cruôrem póſtibus
Vaſtátor horret Angelus;
Fugìtque divîſum mare,
Mergùntur hoſtes flúctibus.
Jàm Paſcha noſtrum Chriſtus eſt,
Paſchális idem vìctima,
Et pura puris méntibus
Sinceritátis ázyma.
O vera Cœli vìctima,
Subjécta cui ſunt tártara,
Solúta mortis vìncula,
Recépta vitæ præmia.
Victor, ſubáctis ìnferis,
Trofæa Chriſtus éxplicat,
Cœlóque apérto, ſúbditum
Regem tenebrârum trahit.
Ut ſis perénne méntibus
Paſchále, Jesu, gáudium.
A morte dirâ crìminum
Vitæ renátos lìbera.
Deo Patri ſit glória,
Et Filio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito
In ſempitérna ſæcula. Amen.

## Hymnus.

REx ſempitérne Cœlitum,
Rerum Creátor ómnium,
Æquális ante ſæcula
Semper Paréntis Fílius.
Naſcénte qui mundo faber
Imáginem vultûs tui
Tradens Adámo, nòbilem
Limo jugáſti ſpíritum.
Cùm livor, & fraus Dæmonis
Fœdáſſet humánum genus:
Tu carne amíctus, pérditam
Formam refórmas Artifex.
Qui natus olìm è Vírgine,
Nunc è ſepúlchro náſceris,
Tecúmque nos à mórtuis
Jubes ſepúltos súrgere.
Qui paſtor ætérnus gregem
Aquâ lavas Baptiſmatis:
Hæc eſt lavâcrum méntium:
Hæc eſt ſepúlchrum crìminum.
Nobis diù qui débitæ
Redémptor affixus Cruci,
Noſtræ dediſti pródigus
Prætium ſalútis ſànguinem.
Ut ſis pérénne méntibus
Paſchále, Jesu gàudium,

A' morte dirâ criminum
Vitæ renátos libera
D eo Patri ſit glória
Et Filio qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito
In ſempitérna ſæcula. Amen.

Hymnus.

AUróra Cœlum púrpurat,
Æther reſúltat láudibus,
Mundus triúmphans júbilat,
Horrens inférnus ìnfremit.
R ex ille dùm fortìſſimus
De mortis inférno ſpecu
Patrum Senátum lìberum
Edúcit ad vitæ jubar.
C ujus ſepúlchrum plúrimo
Cuſtóde ſignábat lapis,
Victor triúmphat, & ſuo
Mortem ſepúlchro fúnerat.
S at fúneri ſat lácrymis,
Sat eſt datum dolóribus:
Surréxit extìnctor necis
Clamat corúſcans Angelus.
U t ſis perénne méntibus
Paſchále, Jesu, gâudium,
A' morte dirâ críminum
Vitæ renátos líbera.

Deo Patri ſit glória,
Et Filio qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito
In ſempitérna ſæcula. Amen.

Si Proceſſio tranſeat ante Altaria B. V. Mariæ vel in regreſſu Proceſſionis in ipſo ingreſſu Eccleſiæ, maximè ſi ipſi B. Virgini ſint dicatæ, cãtetur ſequens Antiphona; vel Sacris ſolémniis, ut fol. 52. in ingreſſu Eccleſiæ ſolùm.

Antiphona B. V. Mariæ.






Cum perventum fuerit ad Altare cantetur Tantum ergò Sacraméntum; ut folio 51. interim incenſatur Sacramentum: poſtea dicantur quæ ſequuntur.

℣. In Reſurrectióne tuâ Chriſte, allelúia.
℟. Cœlum, & terra lætétur: allelúia.
℣. Gaude, & lætáre Virgo María: allelúia.
℟. Quia ſurréxit Dóminus verè: allelúia.

Tunc

Tunc ſurgens Celebrans dicit.

O rémus

DEus, qui hodiérnâ die per Unigénitum tuum, æternitátis nobis áditum devíctâ morte reſeráſti: vota noſtra, quæ prævenièndo aſpiras, étiam adjuvándo proſéquere.

DEus, qui per Reſurrectiónem Filii tui Dómini noſtri JESU Chriſti, mundum lætificáre dignátus es: præſta quæſumus, ut per ejus Genitrícem Vírginem Maríam perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eundem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde benedicat populum cum Sacramento, & poſtea fiat concio ſi habenda ſit.



# IN FESTO SANTISSIMI
# CORPORIS CHRISTI

Fiat Proceſſio, & cantentur in ea Hymni ut in Feria quinta in Cœna Domini fol 51.

Finita Proceſſione dicant Cantores

℣. Panem de Cœlo præſtitiſti eis, allelúia.
℟. Omne delectaméntum in ſe habéntem, all.

Tunc Celebrans poſt incenſationem Sacramenti ſurgens dicit:

Orémus.

Deus, qui nobis ſub Sacraménto mirábili Paſſiónis tuæ memóriam reliquíſti: tríbue, quæſumus, ità nos Córporis, & Sánguinis tui ſacra myſtéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgitèr ſentiámus. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Poſtea cum Sacramento benedicitur populus ut moris eſt.

# IN ACTIONEM GRATIARUM

## ET IN PROCESSIONIBUS SOLEMNIBUS

in diebus Paſchæ, & Corporis Chriſti, & ſimilibus dicitur ſequens Hymnus.




ge li, ti bi Cœ li, & u ni vér-
ſæ po te ſtá tes. Ti bi Chéru bim,
& Sé raphim ince ſſá bi li vo-
ce proclá mant. San ctus;
San ctus: San ctus Dó mi nus
De us Saba oth. Ple ni ſunt

Cœli


Cœ li, & ter ra ma ie ſtá tis
gló ri æ tu æ. Te gló ri-
ó ſus A po ſto lô rum cho rus.
Te Prophe tâ rum laudá bi lis
nú me rus. Te Már ty rum
candi dá tus lau dat ex ér ci tus.


Te per or bem ter râ rum ſan-
cta con fi té tur Ecclé ſi a.
Pa trem immén ſæ ma ieſtá-
tis. Ve ne rándum tu um ve rum,
& ú ni cum Fí li um.
San ctum quo què Pa rá cli tum

Spiri-


Spi ri tum. Tu Rex gló ri æ
Chri ſte. Tu Pa tris ſempi tér nus
es Fi li us. Tu ad li be-
rândum ſuſ ce ptú rus hó mi nem
non hor ru ì ſti Vír gi nis ú-
te rum. Tu de vi cto mor tis a-

culeo


cu le o, a pe ru ì ſti cre den-
ti bus regna Cœ lô rum. Tu
ad déxte ram De i ſe des in
gló ri â Pa tris. Ju dex
cre de ris e ſſe ven tû ru..
Te er gò quæ ſumus fá mu lis
tuis


tu is ſúb ve ni quos pre ti ó ſo
ſánguine redemì ſti. Æ tér-
na fac cum ſanctis tu is in gló-
ri â nume rá ri. Sal vum fac
pópu lum tu um Dó mi ne, & be-
ne dic hæ re di tá ti tu-


æ. Et re ge e i os, & ex tólle
il los uſque in ætér num. Per ſin-
gu los di es be ne dì cimus te.
Et laudá mus no men tu um in ſæ-
cu lum, & in ſæcu lum ſæ cu li.
Digná re Dómi ne di e i ſto
ſine


ſi ne peccá to nos cuſto dî re.
Mi ſe ré re noſtri Dó mi ne, mi ſe-
ré re no ſtri. Fi at mi ſe ri-
cór di a tu a Dó mi ne ſupèr
nos, quem ád mo dum ſpe rá vimus
in te. In te Dó mi ne ſpe-
R
rávi




Tunc in actione gratiarum ſurgens Sacerdos paratus pluviali dicit:

℣. Benedíctus es, Dómine, Deus patrum noſtrôrum.
℟. Et laudábilis, & glorióſus in ſæcula.
℣. Benedicámus Patrem, & Fílium cum ſancto Spíritu.
℟. Laudémus, & ſuperexaltémus eum in ſæcula.
℣. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto Cœli
℟. Et laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſæcula.
℟. Benedic ánima mea Dómino.
℟. Et noli oblivíſci omnes retributiónes ejus.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dó-

℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

O rémus.

DEus, cujus miſericórdiæ non eſt númerus, & bonitátis infinîtus eſt theſáurus: piiſſimæ maieſtáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam ſempèr cleméntiam exorántes: ut qui peténtibus poſtuláta concédis, eóſdem non déſerens, ad præmia futúra diſpónas.

DEus, qui corda fidélium ſancti Spiritûs illuſtratióne docuíſti; da nobis in eódem Spiritu recta ſápere, & de ejus ſempèr conſolatióne gaudére.

DEus, qui néminem in te ſperántem nimiùm afflîgi permíttis, ſed pium præſtas audîtum; pro poſtulatiónibus noſtris, votiſque ſuſcéptis grátias ágimus, te piiſſimè deprecántes; ut à cunctis ſempèr muniámur advérſis. Per Chriſtum, &c.

Aliquando etiam poteſt anteponi prædictis orationibus ſequens oratio in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis, & tunc non dicitur oratio Deus qui corda fidélium, &c.

Orémus.

OMnipotens ſempitérne Deus, qui dedíſti fámulis tuis in confeſſióne veræ fidei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóſcere, & in poténtiâ maieſtátis adoráre unitátem: quæſumus; ut ejúſdem fidei firmitáte ab ómnibus ſemper muniámur advérſis.

---

# DE MODO RECIPIENDI LEGATUM, VEL PRELATUM LOCI,

## cùm primò ad nos venerit.

IBunt Fratres proceſſionaliter ad januam Eccleſiæ cum Cruce inter Ceroferarios. Intrante Legato, vel Epiſcopo in ipſo Eccleſiæ januæ ingreſſu à digniore noſtrûm cum hyſſopo aqua benedicta porrigatur, & tunc Cantores incipiãt Te Deum laudamus: &c. ut fol. 121. & procedatur ad altare maius, ubi ſint reliquiæ offerendæ Præſuli exoſculandæ cum genuflectit ante altare in tapeto cum pulvino ibi præparato. Finito hymno cantetur immediate ſequens Reſponſorium.

Eccè


E Ccè Sacér dos ma gnus
qui in di é bus ſu i is
plá cu it De o: * I de ò
ju re ju rán do fe cit il lum
Dó minus créſ ce re in ple-
bem ſu am.
Tem- pore Paſch
Alle lú ia.

℣. Bene-


℣. Bene di cti ó nem óm ni um
gén ti um de dit il li, & teſta-
mén tum ſu um con firmá vit ſu per
ca put e jus. * I de ò
ju re jurán do fe cit il lum
Dó mi nus, creſ ce re in ple-
bem




Quo finito dicat Sacerdos in cornu Epiſtolæ.

℣. Protector noſter áſpice Deus.

℟. Et réſpice in fáciem Chriſti tui.

Iſte verſus ſolùm dicitur ad Prælatum loci, ad reliquos omiſſo verſu præcedenti incipitur à ſequenti; qui etiam cum præcedenti dicuntur ad Prælatum loci.

℣. Salvum fac ſérvum tuum Dómine.
℟. Deus meus ſperántem in te.
℣. Mitte ei Dómine auxílium de ſancto.
℟. Et de Sion tuére eum.
℣. Nihìl proficiat inimícus in eo.
℟. Et filius iniquitátis non apponat nocére ei.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

Omnipotens ſempitérne Deus, qui facis mirabília magna ſolus: præténde ſuper hunc fámulum tuum, & cunctas congregatiónes illi commíſſas, ſpíritum grátiæ ſalutâris, & ut in veritáte tibi compláceat, perpétuum ei rorem benedictiónis infúnde. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

DE

# DE MODO RECIPIENDI REVERENDISSIMUM

## P. Generalem, cum ad nos venerit.

In hac receptione ſervetur ordo recipiendi Legatum, ut ſuperius fol. 132. præter Reſponſorium, quod erit ſequens.




mul ta te conſti tu am. * I ntra
in gan di um Dó mi ni
Tem-
pore
Paſch
tu i. A llelú ia.
℣. Dó mi ne quinque ta lén ta
tra di di ſti mi hi: ec cè
á li a quin que ſu per lu-

crátus


crá tus ſum. * I n tra
in gáu di um Dó mi ni
tu i. ℣. G ló-
ri a Pa tri, & Fi li o, &
Spí ri tu i San cto.
* I ntra in gáu di um Dó mi ni




Quo finito dicat Sacerdos in cornu Epiſtolæ.

℣. Protector noſter áſpice Deus.
℟. Et réſpice in fáciem Chriſti tui.
℣. Salvum fac ſérvum tuum Dómine.
℟. Deus meus ſperántem in te.
℣. Mitte ei Dómine auxílium de ſancto.
℟. Et de Sion tuére eum.
℣. Nihìl proficiat inimícus in eo.
℟. Et filius iniquitátis non apponat nocére ei.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

OMnipotens ſempitérne Deus, qui facis mirabília magna ſolus: præténde ſuper hunc fámulum tuum, & cunctas congregatiónes illi commiſſas, ſpíritum grátiæ ſalutâris, & ut in veritáte tibi compláceat, perpétuum ei rorem benedictiónis infúnde. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

DE

# DE MODO RECIPIENDI REGEM, VEL PRINCIPEM, cum ad nos venerit.

In receptione obſervetur quod dictum eſt in rubrica fol. 132. Sed Reſponſorium ſequens.




il lum, in conſpé ctu Regum, &
non confundé tur. * E t excél-
ſum fe cit il lum præ re-
gi bus ter ræ. ℣. G ló ri a Pa-
tri, & Fi li o, & Spi ri tu i
San cto. * E t ex cél ſum fe-

cit



cit il lum præ ré gibus ter ræ.

Pro Principe autem dicitur ſequens Reſponſorium poſt hymnum Te Deum laudámus &c.



PO ſu it adju tó ri um



ſu per po tén tem, & ex al-



tá vi e lé ctum de ple be



me â. * Manus e nim me a


auxi li á bi tur e i.
℣. Invé ni Da vid ſer vum me um
ó le o ſan cto me o un-
xi e um. * Ma nus
e nìm me a auxi li á bi tur
e i. ℣. Gló ri a

Patri




Quo cantato dicat Sacerdos in cornu Epſto-
læ ſequentes verſus mutatis mutandis ut infra.

℣. Deus judicium tuum regi da. *Pro Rege ſolũ.*
℟. Et juſtitiam tuam filio regis.
℣. Salvum fac Regem ( *vel* Principem ) noſtrũ Dómine.
℟. Deus meus ſperántem in te.

℣. Mitte ei Dómine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuére eum.
℣. Nihìl proficiat inimícus in eo.
℟. Et filius iniquitátis non apponat nocére ei.
℣. Fiat pax in virtúte tuâ.
℟. Et abundántia in túrribus tuis.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DEus, cui omnis potèſtas, & dignitas famulátur, da huic fámulo tuo Regi (vel Principi) noſtro próſperum ſuæ dignitatis efféctum, in qua ſemper tímeat, tibi que júgiter placêre contèndat. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

DE

# DE MODO
# RECIPIENDI
## REGINAM, VEL PRINCIPISSAM,
cum ad nos primò venerit.

Servetur in receptione quod dictum eſt in rubrica fol. 132. Sed ſequens Reſponſorium.




 óne


ó ne in cubî li bus, &
in hor tis a rò-
ma tum. ℣. Iſta eſt ſpe ci-
ó ſa, quæ aſ cén dit de de-
ſér to; de lí ci is
áf flu ens. * Si cut

vidiſti


vi dí ſtis e am ple nam cha-
ri tá te, & di le cti-
ó ne in cu bî li bus, &
in hor tis a ró-
ma tum. ℣. Gló-
ri a Pa tri, & Fi li o,

&


& Spi rí tu i San-
cto. * S i cut vi di ſtis e am
ple nam cha ri tá te, & di-
lecti ó ne in cu bí li bus, &
in hor tis a rò-
ma tum.

Quo cantato dicat Sacerdos.

℣. Salvam fac ancillam tuam Dómine.
℟. Deus meus ſperántem in te.
℣. Mitte ei Dómine auxílium de Sancto.
℟. Et de Sion tuére eam.
℣. Nihìl proficiat inimícus in eâ.
℟. Et filius iniquitátis non apponat nocére ei.
℣. Fiat pax in virtúte tua.
℟. Et abundantiâ in turribus tuis.
℣. Dómine exaudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

Deus, cujus providentiâ in ſui diſpoſitióne non fállitur, ineffábilem clementiam tuam ſúpplices exorámus, ut ſicut Eſther regínam Iſraelíticæ plebis, causâ ſalutis regis Aſſúeri thálamum regni ſui conſórtium transíre fecíſti: itâ hanc fámulam tuam chriſtiánæ plebis ſalútis grátiâ, ad grátiam tuam transíre fácias: ut tibi ſuper ómnia júgitèr placére desíderet, & te inſpiránte, quæ tibi plácita ſunt, toto corde perficiat, & dexteræ tuæ potentiâ illam ſemper hic, & ubique circúndet. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.
℟. Amen.

Pro Principiſſa dicitur poſt prædictos verſus ſequens oratio.

O rémus.

QUæſumus omnipotens Deus, ut hanc fámulam tuam ubique ſapientia tua dóceat, & confortet, atque eam Eccléſia tua fidélem ſempèr agnoſcat. Per Chriſtum Dòminum noſtrum. ℟. Amen.

In noſtris Eccleſiis, ut B. V. Mariæ dicatis, ſi velint, poteſt addi verſibus ſupradictis cujuſlibet recipiendi ante verſum Dómine exáudi oratiónē meam. verſus, & Orationes ſequentes.

℣. Ora pro eo (vel eâ) Sancta Deigénitrix.
℟. Ut dignus (vel digna) efficiátur promiſſiónibus Chriſti.
℣. Ora pro eo (vel eâ) B. P. Auguſtîne.
℟. Ut dignus (vel digna) efficiátur promiſſiónibus Chriſti

Orémus.

COncéde fámulum tuum (vel fámulam tuam) quæſumus Dómine Deus, perpétua mentis, & córporis ſanitáte gaudêre, & glorióſâ Beátæ Mariæ ſempèr Vírginis interceſſióne

ſióne, à præſénti liberári triſtitiâ, & ætérnâ pérfrui lætitiâ.

ADéſto ſupplicatiónibus noſtris Omnipotẽs Deus, & cui fidúciam ſperándæ pietátis indúlges, intercedénte Beáto Patre noſtro Auguſtîno Confeſſore tuo, atque Pontífice, conſuétæ miſericórdiæ tribue benìgnus effèctum. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

---

# AD MISSAS

## IN DIEBUS DUPLICIBUS

primæ, & ſecundæ claſſis,






In diebus duplici-bus.






In Feſtis B. Mariæ, & in Sabbatis, ac etiam in Miſſis votivis ejuſdem.




In Dominicis diebus.



In ſemiduplicibus.




In Miſſis votivis Trinitatis, & Angelorum.



In Feſtis ſimplicibus & in feriis tempore Paſchali.



GLó ri a in ex-



cél ſis De o.



I te miſ ſa eſt.

Tempore Paſchali.



Ite miſ ſa eſt, Alle-



lú ia, alle lú ia.

In Dominicis Adventus in Miſſis.



BEnedi cá mus Dómi-




In Dominicis Quadrageſimæ in Miſſis.

B







In Miſſis votivis Gloriam non habentibus.

B







In Duplicibus.

C




In

In ſemidupli-cibus, & Dñi-cis, ac infra octavas.













In Miſſis & officio de-functorum ſolemni.




In officio defun-ctorũ trium le-ctionũ & Miſſis non duplicibus.



# AD VESPERAS, ET MATUTINUM IN DIEBUS DUPLICIBUS.







In Dominicis diebus.







In ſemidupli-cibus, & infra octavas.






In ſimplicibus.







Tempore Paſchali.






# ANTIPHONÆ
# B. MARIÆ;
## PRO DIVERSIS TEMPORIBUS
### poſt Complectorium dicendæ.

*A Dominica prima Adventus uſque ad Purificationem incluſivè.*




curat


cu rat pó pu lo. Tu quæ ge nu-
í ſti na tú râ mi rán te
tu um ſan ctum ge ni tó rem.
Vir go pri ùs, ac poſté-
ri ùs Ga bri é lis ab o re
ſumens il lud A ve pecca tô rum




In Advéntu ℣. Angelus Dñi nuntiávit Marîæ. ℟. Et concépit de Spíritu Sancto.

Orémus.

GRátam tuam, quæſumus Dómine, méntibus noſtris infúnde, ut qui, Angelo nũtiánte, Chriſti Filij tui incarnatiónẽ cognóvimus. per paſſiónem ejus, & crucem, ad reſurrectiónis glóriam perducámur. Per eùndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Poſt Nativitatem. ℣. Poſt partum Virgo invioláta permanſiſti. ℟. Dei génitrix intercéde pro nobis.

Orémus.

DEus, qui ſalútis ætérnæ, beátæ Maríæ Virginitáte fœcúnda, humáno géneri præmia præſtitiſti: tribue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedére ſentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum. ℟. Amen.

A'PU-

# A' PURIFICATIONE

## USQUE AD FERIAM QUINTAM IN

## Cœna Domini excluſivè.

### Antiphona.






℣. Dignáre, me laudáre te Virgo ſacráta.
℟. Da mihi virtútem contra hoſtes tuos.

Oremus.

COncéde miſéricors Deus, fragilitáti noſtæ presídium: ut qui Santæ Dei genitrícis memòriam ágimus, interceſſiónis ejus auxílio á noſtris iniquitátibus reſurgámus. Per eùnde Chriſtum Dominum noſtrum. ℟ Amen.

---

# TEMPORE PASCHALI

## USQUE AD OCTAVAM PENTECOSTES

excluſivè






℣. G aude, & lætáre Virgo María. Allelúia.
℟. Q uià ſurréxit Dóminus verè. Allelúia.

O remus.

D Eus, qui per reſurrectiónem Filij tui Dómini noſtri Jeſu Chriſti mundum lætificáre dignátus es: præſta, quæſumus, ut per ejus genitrícem Vírginem Maríam perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. A men.

# AB OCTAVA PENTECOSTES
## USQUE AD ADVENTUM EXCLUSIVE'.

### Antiphona.




E væ. Ad te ſuſpi rá mus
geméntes, & flen tes in hâc la-
crymá rum val le. E ia
ergò Advocá ta noſtra il los
tu os miſericór des ó-
cu los ad nos convér te.

Et


Et Je sum bene di ctum fru ctum
ven tris tu i no bis poſt hoc
ex í li um o ſtén de.
O cle mens. O pi-
a. O dul cis Vir-
go Ma rî a.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Orémus.

Omnipotens ſempitérne Deus, qui glorióſæ Vírginis Matris Maríæ corpus, & ánimam, ut dignum Filii tui habitáculum éffici mererétur Spiritu Sancto cooperánte præparáſti, da, ut cujus commemoratióne lætámur, ejus pia interceſſióne ab inſtántibus malis, & à morte perpétuâ liberémur. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.



# LITANIÆ
## IN DIEBUS ROGATIONUM,
### & aliis quibuſcumque neceſſitatibus.




Cœlis


Cœ lis De us: mi ſe ré re no bis.
F i li Redẽptor mundi Deus: miſerére nobis.
S pi ri tus Sancte De us: mi ſe ré re
no bis. S ancta Tri ni tas u nus De us:
mi ſe ré re nobis. S ancta Ma rî a:
o ra pro no bis. S ancta De i géni-
trix


trix o ra pro no bis. Sancta Vir go
vír gi num o ra pro no bis. San cte
Mícha el o ra pro nobis. Sancte Gá-
bri el o ra pro no bis. Sancte Rá-
pha el o ra pro no bis. Omnes ſan-
cti An ge li, & Archánge li: o rá te
pro


no bis. O mnes ſancti be a tô rum
ſpi rí tu um órdi nes: o rá te pro
no bis. S ancte Jo ânnes Bapti ſta:
o ra pro no bis. S ancte Jo ſeph: o-
ra pro no bis. O mnes ſancti Pa tri ár-
chæ, & Prophétæ: o rá te pro no bis.

S.an-



Sancte Petre: o ra pro no bis.
Sancte Paule: ora.
Sancte Andréa: ora.
Sancte Jacóbe: ora.
Sancte Joánnes: ora.
Sancte Thoma: ora.
Sancte Jacóbe: ora.
Sancte Philíppe: ora.
Sancte Bartholomæe: ora.
Sancte Mathæe: ora.
Sancte Simon: ora.
Sancte Thadæe: ora.
Sancte Mathîa: ora.
Sancte Bárnaba: ora.
Sancte Luca: ora.
Sancte Marce: ora.
Omnes ſancti Apóſtoli, & Euangelíſtæ: oráte.
Omnes ſancti Diſcipuli Dómini: oráte.
Omnes ſancti Innocéntes: oráte.
Sancte Stéphane: ora.
Sancte Lauréntí: ora.
Sancte Vincénti: ora.
Sancti Fabiáne, & Sebaſtiáne: oráte.
Sancti Joánnes, & Paule: oráte.

Sancti Coſma, & Damiáne: oráte.
Sancti Gerváſi, Protáſi: oráte.
Omnes ſancti Mártyres: oráte.
Sancte Sylveſter: ora.
Sancte Gregóri: ora.
Sancte Ambróſi: ora.
SANCTE PATER AUGUSTINE: ora.
Sancte Hierónyme: ora.
Sancte Martîne: ora.
Sancte Nicoláe: oro.
Omnes ſancti Pontifices, & Confeſſóres: oráte.
Omnes ſancti Doctóres: oráte.
Sancte Benedicte: ora.
Sancte Antóni: ora.
Sancte Bernárde: ora.
Sancte Dominice: ora.
Sancte Franciſce: ora.
Omnes ſancti Sacerdótes, & Levitæ: oráte.
Omnes ſancti Mónachi, & Eremitæ: oráte.
Sancta Marîa Magdaléna: ora.
San&a Agatha: ora.
Sancta Agnes: ora.
Sancta Lúcia: ora.
Sancta Cecilia: ora.
Sancta Catharîna: ora.
Sancta Anaſtácia: ora.
Omnes ſanctæ virgines, & viduæ: oráte.

Omnes ſancti, & ſanctæ Dei: Intercédite pro n.



PRo pî ti us eſto: parce no bis



Dómi ne. Pro pî ti us eſto: exáu-



di nos Dómi ne. Ab omni ma lo:



li be ra nos Dómi ne. Ab omni



peccá to: li be ra nos Dómi ne.

Ab irâ tuâ: libera.

A ſubitáneâ, & improvîſâ morte: libera.

Ab inſidiis Diáboli: libera.

Ab irâ, & ódio, & omni malâ voluntáte: libera.
A' ſpiritu fornicatiónis: libera.
A' fúlgure, & tempeſtáte: libera.
A' morte perpétuâ: libera.
Per myſterium ſanctæ Incarnatiónis tuæ: libera.
Per Advéntum tuum: libera.
Per Nativitátem tuam: libera.
Per Baptiſmũ, & ſanctum jejúniũ tuum: libera.
Per Crucem, & paſſiónem tuam: libera.
Per mortem, & ſepultúram tuam: libera.
Per ſanctam reſurrectiónem tuam: libera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam: libera.
Per Advéntum Spíritûs Sancti Paracliti: libera.
In die Judicii: libera.



PEcca tó res: te ro gá mus au di



nos. Ut no bis parcas: te rogámus



au di nos. Ut

Ut nobis indúlgeas: te rogamus.

Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris: te rogámus.

Ut Ecclésiam tuam ſanctam régere, & conſerváre dignéris: te rogámus.

Ut Domnum Apoſtólicum, & omnes Eccleſiaſticos órdines in ſanctâ religióne conſervare dignêris: te rogamus.

Ut inimicos ſanctæ Ecclésiæ humiliâre dignêris: te rogamus.

Ut régibus, & princìpibus chriſtiânis pacem, & veram concórdiam donâre dignêris: te rog.

Ut cuncto pópulo chriſtiâno pacem, & unitátem largîri dignêris: te rogamus.

Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſervitio confortâre, & conſervâre dignéris: te rogamus.

Ut mentes noſtras ad cœléſtia deſidéria érigas: te rogamus audi nos.

Ut ómnibus benefactóribus noſtris ſempitérna bona retríbuas: te rogamus.

Ut ánimas noſtras, fratrum, propinquôrum, & benefactôrum noſtrôrum ab ætérnâ damnatióne erìpias: te rogamus,

Ut fructus terræ dare, & conſervâre dignêris: te rogamus audi nos.

Ut ómnibus fidélibus defunctis réquiem ætérnam donâre dignéris: te rogamus.

U t

Ut nos exaudîre dignêris: te rogamus.
Fili Dei: te rogamus audi nos.




cáta



cá ta mun di: mi ſe ré re no bis.



Chriſte au di nos. Chri ſte ex au-



di nos. Ky ri e e le i ſon. Chri-



ſte e le i ſon. Ky ri e e le i ſon.

Sacerdos eodem tono dicat: Pater noſter.
Quo ſub ſilentio completo eâdem voce dicat:

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed lìbera nos à malo.

Tunc alternatim à Choro genuflexo eodem tono dicitur:

Pſalmus.

## Pſalmus 69.

DEus in adjutórium meum inténde : * Dómine ad adjuvándum me feſtína.

Confundántur, & revereántur : * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórſùm, & erubéſcant : * qui volunt mihi mala.

Avertántur ſtatìm erubeſcéntes : * qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exúltent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te, * & dicant ſempèr : Magnificétur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego verò egénus, & pauper ſum : * Deus, ádjuvat me.

Adjútor meus, & liberátor meus es tu : * Dómine nè moréris.

Glória Patri, & Filio : * & Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper : * & in ſæcula ſæculôrum. Amen.

Tunc Sacerdos dicat eodem tono.

℣. Salvos fac ſervos tuos. ℟. Deus meus ſperántes in te. ℣. Eſto nobis Dómine turris fortitúdinis. ℟. A' fácie inimîci. ℣. Nihil proficiat inimîcus in nobis. ℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis. ℣. Dómine, non ſecúndùm peccáta noſtra fácias nobis. ℟. Neque

que ſecúndum iniquitátes noſtras retríbuas nobis. ℣. O rémus pro Pontífice noſtro N. ℟. D óminus conſérvet eum, & vivíficet eum, & beátum fáciat eum in terrâ, & non tradat eum in ánimam inimicôrum ejus. ℣. O rémus pro benefactôribus noſtris. ℟. R etribúere dignáre Dómine ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam ætérnam. ℣. O rémus pro fidélibus defúnctis. ℟. R équiem ætérnam dona eis Dómine, & lux perpétua lúceat eis. ℣. R equiéſcant in pace. ℟. A men. ℣. P ro frátribus noſtris abſéntibus. ℟. S alvos fac ſervos tuos Deus meus ſperántes in te. ℣. M itte eis Dómine auxílium de ſancto. ℟. E t de Sion tuêre eos. ℣. D ómine exáudi oratiónem meam.
℟. E t clamor meus ad te véniat.

Tunc ſurgens dicat in tono feriali

℣. D óminus vobiſcum.
℟. E t cum ſpíritu tuo.

O rémus.

DEus, cui próprium eſt miſéreri ſempèr, & párcere, ſúſcipe deprecatiónem noſtram, ut nos, & omnes fámulos tuos quos delictôrum caténa conſtríngit, miſerátio tuæ pietatis clementèr abſólvat.

EXáudi, quæſumus Dómine, ſúpplicum preces, & confiténtium tibi parce peccátis: ut páritér nobis indulgéntiam tríbuas benígnus, & pacem.

INeffábilem nobis, Dómine, miſericórdiam tuam cleménter oſténde: ut ſimùl nos, & à peccátis ómnibus éxuas, & à pœnis quas pro his merémur, erípias.

DEus, qui culpâ offénderis, pœniténtiâ placáris, preces pópuli tui ſupplicántis propítius réſpice, & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis noſtris merémur, avérte.

OMnípotens ſempitérne Deus, miſerére fámulo tuo Pontífici noſtro. N & dírige cum ſecúndùm tuam cleméntiam in viam ſalútis æternæ, ut te donánte tibi plácita cupiat, & totâ virtúte perfíciat.

DEus, à quo ſancta deſidéria, recta consilia, & juſta ſunt ópera, da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem; ut & corda noſtra mandátis tuis dédita, & hóſtium ſublátâ formídine, témpora ſunt tua protectióne tranquilla.

URe igne ſancti Spíritûs renes noſtros, & cor noſtrum, Dómine, ut tibi caſto córpore ſerviámus, & mundo corde placeámus.

Fidélium

FIdélium Deus, ómnium cónditor, & redémptor, animábus famulôrum, famularúmque tuârum remiſſiónem cunctôrum tribue peccatôrum: ut indulgéntiam, quam ſemper optavêrunt piis ſupplicatiónibus conſequántur.

ACtiónes noſtras, quæſumus Dómine aſpirándo præveni, & adjuvándo proſéquere, ut cuncta noſtra orátio, & operátio, à te ſempèr incipiat, & per te cæpta finiátur.

OMnipotens, ſempitérne Deus, qui vivôrum domináris, ſimul & mortuôrum omniúmque miſeréris, quos tuos fide, & ópere futúros eſſe prænóſcis, te ſúpplices exorámus, ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quoſque vel præſens ſæculum adhùc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore ſuſcépit, intercedéntibus ómnibus ſanctis tuis, pietátis tuæ cleméntiâ, ómnium delictôrum ſuôrum véniam conſequántur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spiritûs ſancti Deus, per ómnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobìſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo.

℣. Exàudiat nos omnipotens, & miſéricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Fidélium ànimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

# PRECES IN PROCESSIONE
## AD REPELLENDAM TEMPESTATEM

Pulſentur campanæ (ſi ſint tonitrua) & junctis in Eccleſia Fratribus dicantur Litaniæ folio 173. in quibus bis dicitur à Cantoribus.

℣. A' fúlgure, & tempeſtáte.

℟. Libera nos Dómine.

In fine Litaniæ dicit Celebrans alta voce.

Pater noſter. Et ſub ſilentio completo dicit.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed lìbera nos à malo.

Deinde à Choro alternatim ſine nota dicitur.

### Pſalmus 146.

LAuda Jerúſalem Dóminum : * lauda Deum tuum Sion.

Quóniàm confortávit ſeras portârum tuârum : * benedíxit filiis tuis in te.

Qui póſuit fines tuos pacem : * & ádipe fruménti ſátiat te.

Qui emittit elóquium ſuum terræ : * velócitèr currit ſermo ejus.

Qui dat nivem ſicut lanam : * nébulam ſicut cìnerem ſpargit.

Mittit cryſtállum ſuam, ſicut bucéllas : * ante

fáciem

fáciem frigóris ejus quis ſuſtinébit?

E mittet verbum ſuum, & liquefáciet ea: * flabit ſpìritus ejus, & fluent aquæ.

Q ui annuntiat verbum ſuum Jacob: * juſtítias, & judícia ſua Iſraël.

N on fecit tálitèr omni natióni: * & judìcia ſua non manifeſtávit eis.

G lória Patri, & Filio: * & Spirítui Sancto.

S icut erat in princípio, & nunc, & ſemper: * & in ſæcula ſæculôrum. Amen.

Tunc Celebrans dicit eodem tono.

℣. A djutórium noſtrum in nómine Dómini.

℟. Q ui fecit Cœlum, & terram.

℣. O ſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam.

℟. E t ſalutáre tuum da nobis.

℣. A djuva nos Deus ſalutáris noſter.

℟. E t propter glóriam nóminis tui Dómine libera nos.

℣. N ihil proficiat inimîcus in nobis.

℟. E t filius iniquitátis non appónat nocére nobis.

℣. F iat miſericórdia tua Dómine ſuper nos.

℟. Q uemádmodùm ſperávimus in te.

℣. S alvum fac pópulum Dómine.

℟. E t benedic hæreditáti tuæ.

℣. N on privábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntiâ.

℟. D ómine Deus virtútum, beátus homo, qui ſperat in te. ℣. D ómine

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

Deus, qui culpâ offénderis, pœniténtiâ placáris, preces pópuli tui ſupplicántis propítius réſpice, & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis noſtris merémur avérte.

A' Domo tuâ, quæſumus Dómine, ſpirituáles nequítiæ repellántur, & aereârum diſcédat malígnitas tempeſtátum.

Omnìpotens ſempitérne Deus, parce metuéntibus, propitiáre ſupplìcibus, & poſt nóxios ignes núbium, & vim procellârum, in miſericórdiam tránſeat laudis, comminátio tempeſtátum.

Dómine Jesu, qui imperáſti ventis, & mari, & facta eſt tranquìllitas magna, exáudi preces famìliæ tuæ, & præſta, ut ſigno ſanctæ Cru ✠ cis omnis diſcédat ſævìtia tẽpeſtátum.

Omnìpotens, & miſéricors Deus, qui nos & caſtigándo ſanas, & ignoſcéndo conſérvas, præſta ſupplìcibus tuis, ut & tranquillitátibus optátæ conſolatiónis lætémur, & dono tuæ pietátis ſempèr utámur. Per Dóminũ noſtrum Jeſum Chriſtum. &c. ℣. Dó-

℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo

℣. Exáudiat nos omnîpotens, & miſéricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant iu pace. ℟. Amen.

---

# PRECES

## AD PETENDAM PLUVIAM.

Proceſſionaliter dicantur Litaniæ ut fol. 173. uſque ad finem, in quarum precibus bis dicitur à Cantoribus.

℣. Ut congruéntem plúviam fidélibus tuis concédere dignêris. ℟. Te rogámus audi nos.

Poſtea in fine dicitur à Celebrante.

Pater noſter. Quo ſub ſilentio completo dicit:

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed libera nos à malo.

Deinde à Cantoribus dicitur:

### Pſalmus 146.

LAudáte Dóminum, quóniàm bonus eſt pſalmus: * Deo noſtro ſit jucúnda, decóraque laudátio.

Ædificans Jerúſalem Dóminus: * diſperſiónes

Iſraëlis

Iſraëlis congregávit.

Qui ſanat contrítos corde: * & álligat contritiónes eôrum:

Qui númerat multitúdiném ſtellârum: * & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noſter, & magna virtus ejus, & ſapiéntiæ ejus non eſt númerus.

Suſcípiens manſuétos Dóminus: * humílians autèm peccatores uſque ad terram.

Præcínite Dómino in confeſſióne: * pſállite Deo noſtro in citharâ.

Qui óperit cœlum núbibus: * & parat terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum: * & herbam ſervitúti hóminum.

Qui dat juméntis eſcam ipſôrum: * & pullis corvôrum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit: * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum eſt Dño ſuper timéntes eum: * & in eis, qui ſperant ſuper miſericórdia ejus.

Glória Patri, & Fìlio, * & Spirìtui Sancto.

Sicut erat in princìpio, & nùnc, & ſempèr: * & in ſæcula ſæculôrum Amen.

Deinde dicat Sacerdos ſequentes verſus.

℣. Operi Dómine Cœlum núbibus.

℟. Et para terræ plúviam.

℣. U t prodúcat in móntibus fœnum.
℟. E t herbam ſervitúti hóminum.
℣. R iga montes de ſuperióribus tuis.
℟. E t de fructu óperum tuôrum ſatiábitur terra.
℣. D ómine exáudi oratiónem meam.
℟. E t clamor meus ad te véniat.

Surgens Sacerdos ſolus dicit:

℣. D óminus vobiſcum. ℟: E t cum ſpìritu tuo.

O rémus.

DEus, in quo vivimus, movémur, & ſumus, plúviam nobis trîbue congruéntem, ut præſéntibus ſubsîdiis ſufficiéntèr adjúti, ſempitérna fiduciáliùs appetámus.

PRæſta, quæſumus omnìpotens Deus, ut qui in afflictióne noſtrâ de tuâ pietáte confidimus contra advérſa ómnia tuâ ſempér protectióne muniámur.

DA nobis, quæſumus Dómine, pluviam ſalutárem, & áridam terræ fáciem, affluéntiis cæléſtibus dignántèr infúnde. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum &c.

℣. D óminus vobiſcum. ℟. E t cum ſpìritu tuo.
℣. B enedicámus Dómino. ℟. D eo grátias.
℣. E xáudiat nos omnìpotens, & miſéricors Dóminus ℟. A men.

℣. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

# IN PROCESSIONE
## AD POSTULANDAM SERENITATEM.

Dicantur Litaniæ ut ſupra fol. 173. & in eis bis dicatur à Cantoribus:

℣. Ut fidélibus tuis áeris ſerenitátem concédere dignêris: ℟. Te rogámus audi nos.

Ad finem obſecrationum dicitur à Celebrante: Pater noſter. Et ſub ſilentio completo dicit:

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed lìbera nos à malo.

Deinde à Cantoribus incipitur

### Pſalmus 66.

DEus miſereátur noſtri, & benedicat nobis: * illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtri.

Ut cognoſcámus in terrâ viam tuam: * in ómnibus géntibus ſalutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Lætén-

Læténtur, & exúltent gentes : * quóniàm júdicas pópulos in æquitáte, & gentes in terrâ dîrigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes : * terra dedit fructum ſuum.

Benedîcat nos Deus, Deus noſter, benedîcat nos Deus : * & métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri, & Fílio : * & Spirìtui Sancto.

Sicut erat in princìpio, & nùnc, & ſempèr : * & in ſæcula ſæculôrum. Amen.

Poſtea Sacerdos dîcit ſequentes verſus.

℣. Adduxîſti Dñe Spìritum tuum ſuper terram.
℟. Et prohìbitæ ſunt plúviæ de Cœlo.
℣. Cùm obdúxero núbibus Cœlum.
℟. Apparébit arcus meus.
℣. Illúſtra faciem tuam Dñe ſuper ſervos tuos.
℟. Et benedic ſperántes in te.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.

Surgens dicit:

℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo.

Orémus.

Deus, qui culpâ offénderis, pœniténtiâ placáris, preces pópuli tui ſupplicántis propítius réſpice, & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis noſtris meremur, avérte.

AD te nos, Dómine, clamántes exáudi, & áeris ſereni tátem nobis trîbue ſupplicántibus, ut qu: juſtè pro peccátis noſtris afflîgimur, miſericórdiâ tuâ præveniénte, clementiam ſentiámus.

QUæſumus omnipotens Deus, cleméntiam tuam, ut inundántiam coérceas imbrium, & hilaritátem vultûs tui nobis impertîre dignêris. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fìlium tuum &c.

℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Exáudiat nos omnìpotens, & miſéricors Dominus. ℟. Amen.

℣. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen

---

# PRECES

## TEMPORE PENURIÆ, ET FAMIS.

Omnia dicantur ut ſupra in Litaniis fol 173. in eârum precibus bis dicatur:

℣. Ut fructus terræ dare, & conſerváre dignêris: ℟. Te rogámus áudi nos.

Poſtea dicitur à Celebrante.

Pater

Pater noſter. Quo dicto ſub ſilentio dicat:

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed lìbera nos à malo.

Deinde à Cantoribus incipitur

Pſalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit: * in loco páſcuæ ibi me collocávit

Super aquam refectiónis educávit me: * ánimam meam convértit.

Dedúxit me ſuper ſémitas juſtítiæ: * propter nomen ſuum.

Nàm, etſi ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: * quóniam tu mecum eſt.

Virga tua, & báculus tuus: * ipſa me conſoláta ſunt.

Paráſti in conſpectu meo menſam: * adverſùs eos, qui tribulant me.

Impinguáſti in óleo caput meum: * & calix meus inebrians, quàm præclárus eſt!

Et miſericórdia tua ſubſequétur me: * ómnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini: * in longitúdinem diêrum.

Glória Patri, & Fílio: * & Spiritui Sancto.

Sicut erat in princípio, & núnc, & ſempér: * & in ſæcula ſæculôrum Amen.

Deinde

Deinde dicat Sacerdos ſequentes verſus.

℣. Dómine non ſecúndùm peccáta noſtra fácias nobis.

℟. Neque ſecúndùm iniquitátes noſtras retríbuas nobis.

℣. Oculi ómnium in te ſperant Dómine.

℟. Et tu das illis eſcam in témpore opportúno.

℣. Meménto congregatiónis tuæ.

℟. Quam poſſediſti ab inìtio.

℣. Dóminus dabit benignitátem.

℟. Et terra noſtra dabit fructum ſuum.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

Surgens dicit:

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuó.

Orémus.

INeffábilem nobis Dómine miſericórdiam tuam cleméntèr oſténde, ut ſimùl nos, & à peccátis ómnibus éxuas, & à pœnis, quas pro his merémur, erípias.

DA nobis, quæſumus Dómine, piæ ſupplicatiónis effectum, & famem propitiátus avérte, ut mortálium corda cognóſcant, à te indignánte tália flagélla prodíre, & miſeránte ceſſáre.

Pópulum

POpulum tibi ſúbditum, pro peccatis ſuis fame laborántem ad te Dómine convértere propítius, qui quæréntibus regnum tuum ómnia adjiciénda eſſe dixíſti. Qui vivis, & regnas, cum Deo Patre, in unitate Spíritûs Sancti Deus per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Exáudiat nos ómnìpotens, & miſéricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

---

# PRECES DICENDÆ
## TEMPORE MORTALITATIS,
### & peſtis, & aliarum Ægritudinum.

Proceſſionaliter dicantur Litaniæ ut fol. 173. & in eis bis dicitur à Cantoribus:

℣. A' peſte, & fame: ℟. Libera nos Dómine.

Et infra ſuo loco dicant etiam bis Cantores.

℣. Ut à peſtis flagéllo nos liberáre dignêris: ℟. Te rogámus audi nos.

Poſtea in fine dicitur à Celebrante. Pater noſter. Et ſub ſilentio completo dicit.

℣. Et

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed lìbera nos à malo.

Deinde à Choro alternatim ſine nota dicitur.

## Pſalmus. 6.

DOmine ne in furóre tuo árguas me : * nequè in irâ tuâ corrìpeas me.

Miſerére mei Dómine, quóniàm infirmus ſum : * ſana me Dómine, quóniàm conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima meá turbáta eſt valdè : * ſed tu Dómine uſquequò ?

Convértere Dómine, & éripe ánimam meam : * ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam.

Quóniàm non eſt in morte, qui memor ſit tui : * in inférno autèm quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per ſingulas noctes lectum meum : * lácrymis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus : * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me omnes, qui operámini iniquitátem : * quóniàm exaudívit Dóminus vócem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam : * Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Eru-

E rubeſcánt, & conturbéntur veheménter omnes inimîci mei: * convertántur, & erubeſcánt valdè velóciter.

G lória Patri, & Fílio: * & Spiritui Sancto.

S icut erat in princípio, & nunc, & ſempèr: * & in ſæcula ſæculôrnm Amen.

Deinde dicat Sacerdos ſequentes verſus.

℣. D ómine non ſecúndùm peccáta noſtra fácias nobis.

℟. N eque ſecúndùm iniquitátes noſtras retríbuas nobis.

℣. A djuva nos Deus ſalutáris noſter.

℟. E t propter glóriam nóminis tui Dómine libëra nos.

℣. D ómine, ne memíneris iniquitátum noſtrârum antiquârum.

℟. C itò antícipent nos miſericórdiæ tuæ; quià páuperes facti ſumus nimìs.

℣. O ra pro nobis Sancte Sebaſtiáne.

℟. U t digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

℣. D ómine exáudi oratiónem meam.

℟. E t clamor meus ad véniat.

Surgens dicit:

℣. D óminus vobíſcum. ℟. E t cum ſpíritu tuo.

Orémus.

EXáudi nos Deus ſalutáris noſter, & intercedénte Beátâ, & glorióſâ Dei genitrice ſempérque Virgine Marìâ, & Beáto Sebaſtiáno Mártyre tuo, & Beáto Rocho Confeſſóre tuo, & ómnibus ſanctis, pópulum ab iracúndiæ tuæ terróribus líbera, & miſericórdiæ fac largitáte ſecúrum.

PRopitiáre, Dómine ſupplicatiónibus noſtris, & animârum, & córporum medêre langóribus, ut remiſſióne perceptâ, in tuâ ſempèr benedictióne lætémur.

DA nobis, quæſumus Dómine, piæ petitiónis effectum, & peſtiléntiam, mortalitatémque propitiátus avérte; ut mortáliũ corda cognóſcant, & te indignánte tália flagélla prodíre, & te miſeránte ceſſáre. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spíritûs Sancti, Deus per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

℣. Dòminus vobìſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Exáudiat nos omnipotens, & miséricors Dóminus. ℟. Amen.
℣. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

PRE-

# PRECES DICENDÆ TEMPORE BELLI.

Peractis omnibus ut ſupra in Litaniis fol. 173. ad finem dicitur à Celebránte P ater noſter.

Et ſub ſilentio completo dicat:

℣. E t ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. S ed líbera nos à malo.

Deinde dicitur alternatim à Choro:

## Pſalmus 45.

D Eus noſter refúgium, & virtus: * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenêrunt nos nimìs.

P roptérea non timébimus, dùm turbabitur terra: * & transferéntur montes in cor maris.

S onuêrunt, & turbátæ ſunt aquæ eôrum: * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

F lúminis ìmpetus lætìficat civitátem Dei: * ſanctificávit tabernáculum ſuum Altìſſimus.

D eus in médio ejus non commovébitur: * adjuvábit eam Deus manè dilúculò.

C onturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna: * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

D óminus virtútum nobîſcum: * ſuſcéptor noſter

Deus Jacob.

V enîte, & vidéte ópera Dómini quæ póſuit prodìgia ſuper terram : * áuferens bella uſque ad finem terræ.

A rcum cónteret, & confrînget arma : * & ſcuta combúret igni

V acáte, & vidéte, quóntàm ego ſum Deus : * exultábor in géntibus, & exultábor in terrâ.

D óminus virtútum nobìſcum : * ſuſcéptor noſter Deus Jacob.

G lória Patri, & Fìlio : * & Spirìtui Sancto.

S ìcut erat in princìpio, & nunc, & ſempèr : * & in ſæcula ſæculôrum. Amen.

Poſtea Sacerdos dicit :

℣. Exúrge Dómine, ádjuva nos.

℟. Et libera nos propter nomen tuum.

℣. Salvum fac pópulum tuum Dómine.

℟. Deus meus ſperántem in te.

℣. Fiat pax in virtúte tuâ.

℟. Et abundántia in túrribus tuis.

℣. Eſto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.

℟. A' fácie inimíci.

℣. Arcum cónteret, & confrìnget arma.

℟. Et ſcuta combúret igni.

℣. Mitte nobis Dómine auxìlium de ſancto.

℟. Et de Sion tuêre nos.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et

℟. Et clamor meus ad te véniat.

Surgens Sacerdos ſolus dicit:

℣. Dóminus vobìſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo.

Orémus.

Deus, qui cónteris bella, & impugnatóres in te ſperántium poténtiâ tuæ defenſiónis expúgnas, auxiliáre fámulis tuis implorántibus miſericórdiam tuam, ut inimicôrum ſuôrũ feritáte depréſſâ, inceſſábili te gratiârum actióne laudémus.

Deus, à quo ſancta deſidéria, recta consìlia, & juſta ſunt ópera. da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem: ut & corda noſtra mandàtis tuis dédita, & hóſtiũ ſublátâ formìdine, témpora ſint tuâ protectiône tranquìlla.

Hoſtium noſtrôrum, quæſumus Dómine, elìde ſupérbiam, & eôrum contumáciam déxteræ tuæ virtúte proſtérne. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum: &c.

Si bellum eſt contra Turcas, & alios infidéles, vel Hæreticos, inter preces Litaniarum bis dicatur ſequens verſus.

℣. Ut inimîcos ſanctæ Eccléſiæ humiliáre dignêris: ℟. Te rogámus audi nos.

Et additur verſus:

℣. Ut Turcârum (vel Hæreticôrum) conátus reprímere, & ad nihilùm redigere dignêris:

℟. Te rogámus audi nos.

Poſtea dicitur à Celebránte Pater noſter. & reliqua ut ſupra. Deinde à Choro dicitur.

Pſalmus. 78.

DEus venêrunt gentes in hæreditatem tuam: * polluêrunt templum ſanctum tuum; & poſuêrunt Jerúſalem in pomôrum cuſtódiam.

Poſuerunt morticîna ſervôrum tuôrum volatilibus Cœli: * carnes ſanctôrum tuôrum béſtiis terræ.

Effudêrunt ſánguinem eôrum, tanquàm aquam, incircúitu Jerúſalem: * & non erat, qui ſepelíret.

Facti ſumus opprôbrium vicînis noſtris: * ſubſannátio, & illúſio eis, quí in circúitu noſtro ſunt.

Uſquequò Dómine iraſcéris in finem: * accendétur velut ignis zelus tuus?

Effúnde iram tuam in gentes, quæ te non novêrunt: * & in regna, quæ nomen tuum non invocavêrunt.

Quià comedérunt Jacob: * & locum ejus deſola-

la

laverunt.

N e memìneris iniquitátum noſtrârum antiquârum citò antìcipent nos miſericordiæ tuæ : * quiá páuperes facti ſumus nimìs.

A djuva nos, Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: * & propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum.

N e fortè dicant in géntibus: Ubi eſt Deus eôrum? * & innotéſcat in natiónibus coram óculis noſtris.

U ltio ſánguinis ſervôrum tuôrum, qui effúſus eſt: * intróeat in conſpéctu tuo gémitus compeditôrum.

S ecúndùm multitúdinem bráchii tui:* póſſide filios mortificatôrum.

Et redde vicínis noſtris ſéptuplum in ſinu eôrum: * impropérium ipſôrum, quod exprobaverunt tibi Dómine.

N os autém pópulus tuus, & oves páſcuæ tuæ: * confitébimur tibi in ſœculum.

I n generatiónem, & generatiónem : * annuntiábimus laudem tuam.

G lória Patri & Fílio : & & Spirítui Sancto.

S icut erat in princìpio, & nunc, & ſemper : * & in ſæcula ſæculôrum Amen.

Deinde dicit Sacerdos ſequentes verſus.

℣. Sal-

℣. Salvos fac ſervos tuos.
℟. Deus meus ſperántes in te.
℣. Eſto nobis Dómine turris fortitúdinis.
℟. A' fácie inimîci.
℣. Nihil proficiat inimîcus in nobis.
℟. Et filius iniquitátis non appónat nocêre nobis.
℣. Hóſtium nóminis tui Dómine elîde ſupérbiā.
℟. Et eôrum contumáciam déxteræ tuæ virtúte proſtérne.
℣. Fiant tanquám pulvis ante fáciem venti.
℟. Et Angelus Dómini pérſequens eos.
℣. Effúnde iram tuam in gentes, quæ te non novêrunt.
℟. Et in regna, quæ nomen tuum non invocavêrunt.
℣. Mitte nobis Dómine auxìlium de ſancto.
℟. Et de Sion tuêre nos.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo.

Orémus.

PIentíſsime Deus, qui iniquitátum ad te converſórum non recordáris, ſed eôrum gémitus cleméntèr exáudis, réſpice templa tua infidélium mánibus prophanáta, & tui dilécti gre-

gregis afflictiónem: & reminíſcere hæreditáris tuæ effuſióne pretiosìſſimi ſánguinis tui Unigéniti acquisitæ: vineámque tuâ plantátam dexterâ, quam ferus aper extérminare conátur, ferventèr víſita, ac illíus cultóres, aduérſus devaſtántium rábiem, tuâ virtúte corróbora, victóres éffice, in eâque benè operántes tui fac regni poſſeſſóres.

DEus, qui culpâ offénderis, pœniténtiâ placáris preces pópuli tui ſupplicántis proprìtius réſpice, & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis noſtris merémur, avérte.

DA, quæſumus, Eccléſiæ tuæ miséricors Deus, ut Sancto Spiritu congregàta, hoſtíli nullátenus incurſióne turbétur.

OMnìpotens ſempitérne Deus, in cujus manu ſunt ómnium poteſtátes, & ómnium jura regnôrum, reſpice in auxilium Chriſtianôrum, ut gentes Turcâram (ſeu Hæreticôrum) quæ in ſuâ feritate confidunt, déxtera tuæ potentiâ conterántur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum &c.

℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Exáudiat nos omnípotens, & miséricors Dóminus. ℟. Amen.

℟. Et fidèlium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

✠

# PRECES DICENDÆ

## PRO SALUTE REGIS, REGINÆ, VEL eorum Primogeniti ægrotantis.

Omnia dicantur ut ſupra in Litaniis fol. 173.

Poſtea dicitur à Celebránte alta voce: Pater noſter. Quo dicto ſub ſilentio dicat:

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed lìbera nos à malo.

Deinde à Choro dicitur alternatim ſine nota.

### Pſalmus. 20.

DOmine in virtúte tuâ lætábitur Rex: * & ſuper ſalutáre tuum exultábit vehe-méntèr.

Deſidérium cordis ejus tribuíſti ei: * & voluntáte labiôrum ejus non fraudáſti eum.

Quóniàm prævenîſti eum in benedictiónibus dulcédinis: * poſuìſti in cápite ejus corónam de lápide pretióſo.

Vitam pétiit à te, * & tribuíſti ei longitúdinem diêrum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.

Magna eſt glória ejus in ſalutári tuo: * glóriam, & magnum decôrem impónes ſuper eum.

Quóniàm dabis eum in benedictiónem in ſæculum ſæculi: * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniám Rex ſperat in Dómino : * & in miſericórdia Altìſſimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimîcis tuis : * dextera tua invéniat omnes, qui te odêrunt.

Pones eos ut clìbanum ignis ín témpore vultûs tui : * Dóminus in irâ ſua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eôrum de terrâ perdes : * & ſemen eôrum à filiis hóminum.

Quóniàm declinavêrunt in te mala : * cogitavêrunt conſilia, quæ non potuêrunt ſtabilire.

Quóniàm pones eos dorſum : * in relìquiis tuis præparábis vultum eôrum.

Exaltáre Dñe in virtúte tuâ : * cantábimus, & pſallémus virtútes tuas.

Glória Patri. & Fìlio : * & Spiritui Sancto.

Sicut erat in princípio, & nùnc, & ſempèr : * & in ſæcula ſæculôrum. Amen.

Deinde dicit Sacerdos ſequentes verſus.

℣. Dómine non ſecúndùm peccáta noſtra fácias nobis.

℟. Neque ſecúndùm iniquitátes noſtra retribuas nobis.

℣. Salvum fac Regem (vel Regînam aut Principem) noſtrum Dómine.

℟. Deus meus ſperántem in te.

℣. Mitte ei Dómine auxílium de Sancto.
℟. Et de Sion tuére eum.
℣. Ora pro eo Sancta Deigénitrix.
℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.

*Poſtea Sacerdos ſurgens dicit:*

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DEus, cujus nútibus vitæ noſtræ moménta decúrrunt ſúſcipe preces noſtras pro fámulo tuo infirmo Rege noſtro N. pro quo ægrotánte miſericórdiam tuam ſúpplices implorámus, ut de cujus perìculo metúimus, de ejus ſalúte lætémur.

PRótege Dómine fámulum tuum, ſubſídiis pacis, & Beátæ Mariæ ſempèr Virginis patrocíniis confidéntem, à perículis redde ſecúrum.

Omnipotens ſempitérne Deus, ſalus ætérna credéntium, exaudi nos pro fámulo tuo infirmo Rege, (Regina, ſeu Principe) noſtro N. pro quo, (vel qua) miſericordiæ tuæ implorámus auxílium, ut rédditâ ſibi ſanitáte, gratiárum tibi in Eccléſiâ tuâ réferat actiónes. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtũ Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat &c.

℣. Dómi-

℣. Dóminus vobìſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.
℣. Exáudiat nos omnípotens, & miſéricors Dóminus. ℟. Amen.
℣. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

---

# PRECES
## IN QUACUMQUE TRIBULATIONE.

Peractis omnibus ut ſupra in Litaniis fol. 173. ad finem dicitur à Celebránte: Pater noſter. Et ſub ſilentio completo dicat:

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed libera nos à malo.

Deinde dicitur alternatim à Choro:

Pſalmus 19.

EXáudiat te Dóminus in die tribulatiônis: * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de ſancto: * & de Sion tueátur te.

Memor ſit omnis ſacrificii tui: * & holocáuſtum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi ſecúndùm cor tuum: * & omne con-

conſilium tuum confirmet.

Lætábimur in ſalutári tuo : * & in nómine Dei noſtri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas : * nũc cognóvi quóniàm ſalvum fecit Dóminus Chriſtum ſuum.

Exáudiet illum de Cœlo ſancto ſuo : * in potentátibus ſalus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, & hi in equis : * nos autem in nómine Dómini Dei noſtri invocábimus.

Ipſi obligáti ſunt, & cecidérunt : * nos autem ſurréximus, & erécti ſumus.

Dómine ſalvum fac Regem : * & exáudi nos in die, in quâ invocavérimus te.

Glória Patri, & Filio : * & Spiritui Sancto.

Sicut erat in princípio, & núnc, & ſempèr : * in ſæcula ſæculôrum Amen.

Deinde dicat Sacerdos ſequentes verſus.

℣. Deus noſter refúgium, & virtus

℟. Adjútor in tribulatiónibus..

℣. Salvos fac ſervos tuos Dómine.

℟. Deus meus ſperántes in te.

℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortális. ℟. Miſerére nobis.

℣. Adjuva nos Deus ſalutáris noſter.

℟. Et propter glóriã nóminis tui Dñe libera nos.

℣. Dó-

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo.

Orémus.

NE deſpìcias omnípotens Deus pópulum tuum in afflictióne clamántem, ſed propter glóriam nóminis tui tribulátis ſuccúrre placátus.

INeffábilem nobis, Dómine, miſericórdiam tuam clementèr oſténde: ut ſimùl nos, & à peccátis ómnibus éxuas, & á pœnis, quas pro his merémur, erìpias.

COncéde nos fámulos tuos, quæſumus Dómine Deus, perpétuâ mentis, & córporis ſanitáte gaudêre: & glorióſâ Beátæ Marîæ ſempèr Vìrginis interceſſióne, à præſénti liberári triſtitiâ, & ætérnâ pérfrui lætitiâ.

TRibulatiónem noſtram, quæſumus Dómine, propitius réſpice, & iram tuæ indignatiónis, quam juſtè merémur, avérte.

DEus refúgium noſtrum, & virtus, adéſto piis Eccléſiæ tuæ précibus, Autor ipſe pietátis, & præſta, ut quod fidélitèr pétimus, efficácitèr conſequámur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fìlium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitâte Spiritûs Sancti &c.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Exáudiat nos omnípotens, & miſéricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

¶ Prædictis precibus poſſunt ſuperaddi Litaniæ Beatæ Virginis Máriæ: maxime, ſi ad aliquã Eccleſiam ei dedicatam pervenerit Proceſſio, aut ubi fuerit Imago ejusdem glorioſæ Virginis devotione inſignis.

# LITANIÆ
# B. V. MARIÆ.

K Yrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos.
Chriſte exáudi nos.
Pater de Cœlis Deus: Miſerére nob.
Fili Redémptor mundi Deus: miſ.
Spiritus Sancte Deus: Miſerére nobis.
Sancta María: ora pro nobis.
Sancta Deigénitrix: ora.
Sancta Virgo vírginum: ora.
Mater Chriſti: ora.
Mater Divînæ Grátiæ: ora.
Mater Puríſſima: ora.
Mater Caſtíſſima: ora.
Mater Invioláta: ora.
Mater Intemeráta: ora.
Mater Amábilis: ora.
Mater Admirábilis: ora.
Mater Creatóris: ora.
Mater Salvatóris: ora.
Virgo Prudentíſſima: ora.
Virgo Veneránda: ora.
Virgo Prædicánda: ora.

Virgo Potens : ora.
Virgo Clemens : ora.
Virgo Fidélis : ora.
Spéculum Juſtìtiæ : ora,
Sedes Sapiéntiæ : ora.
Cauſa Noſtræ Lætítiæ : ora.
Vas Spirituále : ora.
Vas Honorábile : ora.
Vas Inſigne Devotiónis : ora.
Roſa Myſtica : ora.
Turris Davîdica : ora.
Turris Ebúrnea : ora.
Domus Aurea : ora.
Fœderis Arca : ora.
Jánua Cœli : ora.
Stella Matutîna : ora.
Salus Infirmórum : ora.
Refúgium Peccatórum : ora.
Conſolátrix Afflictórum : ora.
Auxílium Chriſtianórum : ora.
Regîna Angelôrum : ora.
Regîna Patriarchârum : ora.
Regîna Prophetârum : ora.
Regîna Apoſtolôrum : ora.
Regîna Mártyrum : ora.
Regîna Confeſſórum : ora.
Regîna Vírginum : ora.

Regîna Sanctórum Omnium. ora.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: Parce nobis Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: Exáudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: Miſerére nobis.

Chriſte audi nos. Chriſte exáudi nos.

Kyrie ëleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Poſtea dicatur ſive cum nota ſive abſque illa

SEQUENS ANTIPHONA.



SUb tu um præ ſi di um



confú gimus San cta De i gé-



nitrix, noſtras depre ca ti ó nes ne




Vel dicatur ſequens Antiphona.




miſe-


mí ſe ris, ju va pu ſi llá-
nimes, ré fo ve flé bi les, o-
ra pro pó pu lo, intér ve ni
pro cle ro, in ter cé de pro
devó to fœmi ne o ſe xu,
ſén ti ant om nes tu um ju vá men



quicúmque ce lebraut tu am ſan-



ctam commemo ra ti ó nem.

Deinde à Cantoribus dicitur:

℣. Orá pro nobis Sancta Deigénitrix.
℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Orémus.

COncéde nos fámulos tuos, quæſumus Dómine Deus, perpétuâ mentis, & córporis ſanitáte gaudêre: & glorióſâ Beátæ Maríæ ſempèr Vírginis interceſſióne, à præſénti liberári triſtítiâ, & ætérnâ pérfrui lætítiâ. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fìlium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitâte Spiritûs Sancti Deus, per ómnia ſæcula ſæculôrum.

℟. Amen.

Poteſtque fieri commemoratio de Patrono, vel Titulari Eccleſiæ, ſeu de Sancto, vel Sancta, in cujus devotionem celebratur Proceſſio, vel etiam de S. P. Noſtro &c.

ALIÆ

# ALIÆ PRECES DICENDÆ CUM ORATIONIBUS POST Litanias pro diverſis neceſſitatibus.

KYrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. *ſub ſilentio: dein.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed lìbera nos à malo.

℣. Ego dixi Dómine miſerére mei.

℟. Sana ánimam meam quià peccávi tibi.

℣. Convértere Dómine uſquequò?

℟. Et deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos.

℣. Fiat miſericórdia tua Dómine ſuper nos.

℟. Quemádmodùm ſperávimus in te.

℣. Sacerdótes tui induántur juſtítiam.

℟. Et Sancti tui exúltent.

℣. Dómine ſalvum fac Regem.

℟. Et exáudi nos in die, quâ invocavérimus te.

℣. Salvum fac pópulum tuum Dómine, & benedic hæreditáti tuæ.

℟. Et rege eos, & extólle illos uſque in ætérnū.

℣. Meménto Congregatiónis tuæ.

℟. Quam poſſedíſti ab inítio.

℣. Fiat pax in virtúte tuâ.

℟. Et abundántia in túrribus tuis.

℣. Orémus pro fidélibus defúnctis.

℟. Ré-

℟. R équiem ætérnam dona eis Dómine, & lux pétua lúceat eis.

℣. R equiéſcant in pace. ℟. A men.

℣. P ro frátribus noſtris abſéntibus.

℟. S alvos fac ſervos tuos Deus meus ſperántes in te. ℣. P ro afflìctis, & captîvis.

℟. L íbera eos, Deus Iſraël, ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

℣. M itte eis Dómine auxîlium de Sancto.

℟. E t de Sion tuêre eos.

℣. D ómine exáudi oratiónem meam.

℟. E t clamor meus ad te véniat.

Poſtea dicatur vel Pſalmus D eus noſter refúgium &c. fol. 203. vel Pſalmus D eus venêrunt gentes in hæreditátem tuam &c. fol. 206. aut aliquis ex ſequentibus pro congruentia neceſſitatis.

Pſalmus 67.

E Xúrgat Deus, & diſſipéntur inimíci ejus: * & fúgiant qui odêrunt eum à fácie ejus.

S icut déficit fumus, deficiant: * ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatóres à fácie Dei.

E t juſti epuléntur, & exúltent in conſpéctu Dei: * & delecténtur in lætítiâ.

C antá-

Cantate Deo, pſalmum dícite nómini ejus : * iter fácite ei, qui aſcéndit ſuper occáſum, Dóminus nomen illi.

Exultáte in conſpéctu ejus : * turbabúntur à fácie ejus, patris orphanôrum, & júdicis viduârum.

Deus in loco ſancto ſuo : * Deus qui inhabitáre facit unîus moris in domo.

Qui edúcit vinctos in fortitúdine, ſimilitèr eos, qui exáſperant : * qui hábitant in ſepúlchrìs.

Deus, cum egrederéris in conſpéctu pópuli tui : * cum pertranſires in deſérto.

Terra mota eſt, étenìm cœli diſtillavérunt à fácie Dei Sinai : * à fácie Dei Iſraël.

Plúviam voluntáriam ſegregábis Deus hæreditáti tuæ, & infirmáta eſt : * tu verò perfecîſti eam.

Animália tua habitábunt in ea : * paráſti in dulcédine tuâ páuperi Deus.

Dóminus dabit verbum Euangelizántibus : * virtúte multâ.

Rex virtútum dilécti, diléćti : * & ſpeciei domûs divîdere ſpolia.

Si dormiátis inter medios cleros, pennæ colúmbæ deargentátæ : * & poſterióra dorſi ejus in pallóre auri.

Dum diſcérnit cœleſtis reges ſuper eam, nive dealbabūtur inSelmon : * mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulátus, mons pinguis: * ut quid ſuſpicámini montes coagulátos?

Mons in quo beneplácitum eſt Deo habitáre in eo: * étenìm Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem míllibus múltiplex, míllia lætántium: * Dóminus in eis in Sina in ſancto.

Aſcendiſti in altum cepíſti captivitátem: * accepíſti dona in homínibus.

Etenìm non credéntes: * inhabitáre Dñum Deum.

Benedíctus Dóminus die, quotîdie: * próſperum iter fáciet nobis Deus ſalutárium noſtrórum.

Deus noſter Deus ſalvos faciéndi: * & Dómini Dómini éxitus mortis.

Verúntamèn Deus confrînget cápita inimicôrum ſuórum: * vérticem capîlli perambulántium in delîctis ſuis.

Dixit Dóminus ex Baſan convértam: * convértam in profúndum maris.

Ut intingátur pes tuus in ſánguine: * lingua cánuum tuórum ex inimîcis ab ipſo.

Vidérunt ingréſſus tuos Deus: * ingréſſus Dei mei, regis mei qui eſt in ſancto.

Prævenérunt prìncipes conjúncti pſalléntibus: * in médio juvenculárum tympaniſtriárum.

In Eccléſiis benedìcite Deo Dómino: * de fóntibus Iſrael.

Ibi Bénjamin adoleſcéntulus: * in mentis excéſſu.

Principes Juda duces eôrum : * príncipes Zábulon, & príncipes Néphthalim.

Manda Deus virtúti tuæ : * confirma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

A templo tuo in Jerúſalem : * tibi ófferent reges múnera.

Increpa feras arúndinis, congregátio taurórum in vaccis populôrum : * ut exclúdant eos qui probáti ſunt argénto.

Diſſipa gentes, quæ bella volunt, vénient legáti ex Ægypto : * Æthiópia prævéniet manus ejus Deo.

Regna terræ, cantáte Deo : * pſállite Dómino.

Pſállite Deo, qui aſcéndit ſuper cœlum cœli : * ad Oriéntem.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtútis, date glóriam Deo ſuper Iſraël : * magnificéntia ejus, & virtus ejus in núbibus.

Mirábilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraël ipſe dabit virtútem, & fortitúdinem plebi ſuæ : * benedictus Deus.

Glória Patri. &c. Sicut erat. &c.

* Pſalmus 76

Voce meâ ad Dóminum clamávi : * voce meâ ad Deum, & inténdit mihi.

In die tribulatiônis meæ Deum exquisívi, mánibus meis nocte contra eum : * & non

ſum decéptus.

Rénuit conſolári ánima mea, * memor ſui Dei, & delectâtus ſum, & exercitâtus ſum: * & defècit ſpìritus meus.

Anticipavérunt vigìlias óculi mei: * turbâtus ſum, & non ſum locûtus.

Cogitâvi dies antíquos: * & annos ætérnos in mente hábui.

Et meditâtus ſum nocte cum corde meo, * & exercitâbar, * & ſcopêbam ſpíritum meum.

Numquid in ætérnũ projìciet Deus: * aut non appônet ut complacìtior ſit adhuc?

Aut in finem miſericórdiam ſuam abſcìndet, * à generatiône in generatiónem?

Aut obliviſcêtur miſeréri Deus? * aut continêbit in irâ ſuâ miſericórdias ſuas?

Et dixi, Nunc cœpi: * hæc mutátio déxteræ Excélſi.

Memor fui óperum Dómini: * quia memor ero ab inìtio mirabìlium tuôrum.

Et meditâbor in ómnibus opéribus tuis: * & in adinventiónibus tuis exercêbor.

Deus in ſancto via tua: * quis Deus magnus ſicut Deus noſter? * tu es Deus, quis facis mirabília.

Notam feciſti in pópulis virtútem tuam: * redemiſti in bráchio tuo pópulum tuum, filios jacob

Jacob, & Joſeph.

Vidérunte te aquæ Deus, vidérunt te aquæ: * & timuérunt, & turbátæ ſunt abyſſi.

Multitûdo ſónitus aquârum: * vocem dedérunt nubes.

Etenìm ſagittæ tuæ tránſeunt: * vox tonitrui tui in rotâ.

Illuxérunt coruſcatiónes tuæ orbi terræ: * commôta eſt, & contrémuit terra.

In mari via tua, & ſémitæ tuæ in aquis multis: * & veſtigia tua non cognoſcéntur.

Deduxiſti ſicut oves pópulum tuum, * in manu Moyſi & Aaron.

Glória Patri, & Filio, æ Spíritui Sancto

Sicut erat in princìpio, & nunc & ſemper: * & in ſæcula ſæculôrum. Amen.

℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.
℟. Et oſténde fáciem tuam, & ſalvi érimus.
℣. Exúrge Chriſte ádjuva nos.
℟. Et libera nos propter nomen tuum.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Sequentes orationes dicuntur pro temporis neceſſitate, & primo dicitur oratio ad poſtulanda ſuffragia Sanctorum, deinde adjungitur oratio, quæ competit*

*petit; tertio loco pro vivis, & defunctis* Omnipotens ſempitérne Deus, qui vivórum &c. *fol.* 187

## AD POSTULANDA SUFFRAGIA ómnium Sanctorum.

Orémus,

A Cunctis nos, quæſumus Dómine, mentis & córporis defende perî culis: & intercedénte beátâ, & glorióſâ ſemper Virgine Deigenitrîce Maríâ, cum beátis Apóſtolis tuis Petro & Paulo, atque beáto N. & ómnibus Sanctis ſalútem nobis trîbue benignus & pacem: ut deſtrúctis adverſitátibus, & erróribus univérſis, Eccléſia tua ſecúra tibi ſérviat libertáte. Per Dóminum noſtrum.

Pro Eccleſia ſancta Dei. Oratio.

OMnipotens ſempitérne Deus, qui glóriam tuam ómnibus in Chriſto credéntibus reveláſti, cuſtódi ópera miſericórdiæ tuæ: ut Eccléſia tua toto orbe diffúſa, ſtábili fide in confeſſióne tui nóminis perſevéret.

Pro Papa. Oratio.

DEus ómnium fidélium Paſtor, & rector, fámulum tuum. N. quem Paſtórem Eccléſiæ tuæ præéſſe voluiſti, propitius réſpice: da ei, quæſumus, verbo, & exémplo quibus præeſt

eſt, proficere, ut ad vitam vnà cum grege ſibi crédito pervéniat ſempitérnam.

Pro omni gradu Eccleſiæ. Oratio.

OMnipotens ſempitérne Deus, cujus ſpíritu totum corpus Eccléſiæ ſanctificâtur & régitur: exáudi nos pro univérſis ordínibus ſupplicántes; ut grátiæ tuæ múnere, ab ómnibus tibi grádibus fidélitèr ſerviâtur. Per Dóminum. ℟ Amen.

Pro quacumque neceſſitate Eccleſiæ, & re obtinenda. Oratio.

DEus refúgium noſtrum & virtus, adéſto piis Eccléſiæ tuæ précibus autor ipſe pietátis, & præſta; ut quod fidélitèr pétimus efficácitèr conſequámur. Per Dñm.

Contra perſecutores Eccleſiæ. Oratio.

ECcléſiæ tuæ quæſumus Dómine, preces placátus admitte: ut deſtrúctis adverſitátibus & erróribus univérſis, ſecúra tibi ſérviat libertáte. Per Dóminum.

Pro Rege. Oratio.

QVæſumus omnípotens Deus, ut fámulus tuus. N. Rex noſter, qui tuâ miſeratióne ſuſcépit regni gubernácula virtútum étiàm ómnium percípiat increménta, quibus decéntèr

ornátus,

ornátus, & vitiórum monſtra devitáre, & ad te, qui via, véritas, & vita es, gratióſus váleat pervenîre. Per Dóminum noſtrum &c. ℟. Amen.

Pro Catechumenis. Oratio.

OMnipotens ſémpitérne Deus, qui Eccléſium tuam novâ ſemper prole fœcúndas: auge fidem & intelléctum catechúmenis noſtris; ut renáti fonte baptiſmatis, adoptiônis tuæ filiis aggregéntur. Per Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Ut cunctis mundum purget erroribus.

Oratio.

OMnipotens ſempitérne Deus, mœſtôrum conſolátio, laborántium fortitûdo: pervéniant ad te preces de quacũque tribulatióne clamántium; ut omnes ſibi in neceſſitátibus ſuis miſericórdiam tuam gáudeant adfuiſſe. Per Dóminum noſtrum ℟. Amen.

Pro Hæreticis, & Schiſmaticis. Oratio.

OMnipotens ſempitérne Deus, qui ſalvas omnes, & néminem vis perîre: réſpice ad ánimas diabólicâ fraude decéptas; ut omni hærética pravitâte depóſitâ, errántium corda reſipiſcant & ad veritâtis tuæ rédeant unitâtem. Per Dóminum noſtrum. &c. ℟. A

Pro

Pro perfidis Judæis. Oratio.

OMnipotens ſempitérne Deus, qui étiam Judáicam prefidiam à tuâ miſericórdiâ non repéllis: exáudi preces noſtras, quas pro illîus pópuli obcæcatiône deférimus ut, ágnitâ veritâtis tuæ luce, quæ Chriſtus eſt, à ſuis ténebris eruátur. Per eúmdem Dóminum ℟ Amen.

Pro Paganis. Oratio.

OMnipotens ſempitérne Deus, qui non mortem peccatôrum, ſed vitam ſemper inquîris: ſúſcipe propitius oratiônem noſtram: & líbera Pagános ab idolôrum cultúrâ: & ággrega Ecclésiæ tuæ ſanctæ, ad laudem & glóriam nóminis tui. Per Dóminum noſtrum, &c.

Pro Remiſſione peccatorum. Oratio.

DEus, qui nullum réſpuis, ſed quantúmuis peccántibus, per pœniténtiam piâ miſeratione placáris: réſpice propîtius ad preces humilitátis noſtræ, & illúmina corda noſtra; ut tua valeámus implêre præcépta. Per Dñum.

Pro tentatis, & tribulatis. Oratio.

DEus, qui juſtíficas ímpium, & non vis mortem peccatôrum: maieſtátem tuam ſupplicitèr deprecámur; ut fámulos tuos de tuâ miſericórdiâ confidéntes, cœléſti prótegas benignus auxilio: & aſſiduâ protectióne conſêrves, ut tibi jugitèr famuléntur,

& nullis tentatiónibus à te ſeparéntur.

Pro iter agentibus. Oratio.

ADéſto Dómine ſupplicatiónibus noſtris, & viam famulórum tuórum in ſalú tis tuæ proſperitáte diſpóne: ut inter omnes viæ & vitæ huius varietátes, tuo ſemper protegántur auxílio. Per Dóminum.

Pro Infirmis. Oratio.

OMnipotens ſempitérne Deus, ſalus ætérna credéntium, exáudi nos pro infirmo fámulo tuo (pro infirmis fámulis tuis) pro quo (pro quibus.) miſericórdiæ tuæ implorámus auxilium: ut rédditâ ſibi ſanitáte gratiárum tibi in Eccléſiâ tuâ réferat actiónes (réferant actiónes.

Pro ſalute vivorum. Oratio.

PRæténde Dómine fidélibus tuis déxteram cæléſtis auxílii: ut te toto corde perquírant, & quæ dignè póſtulant, cónſequi mereántur. Per Dóminum noſtrum.

*In fine orationum quarumlibet dicitur ſequens verſus.*

℣. Exáudiat nos omnípotens, & miſericors Dóminus. ℟. Amen.

# LITANIÆ, ET PRECES
## DICENDÆ IN ECCLESIIS,
## in quibus indicta eſt Oratio
## QUADRAGINTA HORARUM,
## ſeu Lausperennis continua,
## cum expoſitione SS. Sacramenti.

De mandato S. D. N. Clementis Divina Providentia Papa X.

Dicantur Litaniæ ut fol 173. ſed poſt verſum Sancte Laurenti: additur verſus ſequens.
Sancte Dionyſi: ora pro nobis. Et poſt verſum Sancte Franciſce: additur ſequens verſus.
Sancte Ludovîce: ora pro nobis.

Et infra poſt verſum: Ut Domnum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos ordines &c. Adde Ut Turcârum, & Hæreticôrum conátus reprímere, & ad níhilùm redígere dignêris: Te rogámus audi nos.

Reliqua, ſcilicet Pſalmus, & verſus poſt illum dicantur ut ibi, & cantato Tantum ergo Sacramentum &c. poſt proceſſionem cum verſu dicãtur ſequentes orationes ſub una concluſione.

Orémus.

DEus, qui nobis ſub Sacraménto mirábili, Paſſiónis tuæ memóriam reliquîſti: tríbue, quæſumus ita nos Córporis, & Sánguinis tui ſacra myſtéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgitèr ſentiámus.

*Ab Adventu uſque ad Nativitatem Domini.*

DEus, qui de Beátæ Marîæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem ſuſcípere voluíſti; præſta ſupplícibus tuis, ut qui eam genitrícem Dei crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adjuvémur.

*A Nativitate uſque ad Purificationem.*

DEus, qui ſalútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri præmia præſtitíſti: tríbue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercédére ſentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

*A Purificatione uſque ad Adventum Domini.*

COncéde nos fámulos tuos, quæſumus Dómine Deus, perpétuâ mentis, & córporis ſanitáte gaudêre: & glorióſâ Beátæ Maríæ ſempèr Vírginis interceſſióne, à præſénti liberári triſtítiâ, & ætérnâ pérfrui lætitiâ.

OMnípotens ſempitérne Deus, miſerére fámulo tuo Pontífici noſtro N. & dírige eum ſecúndùm tuam cleméntiam in viam ſalútis ætérnæ, ut te donánte tibi plácita cúpiat, & totâ virtúte perficiat.

DEus refúgium noſtrum & virtus, adéſto piisEccléſiæ tuæ précibus auctor ipſe pietátis, & præſta; ut quod fidélitèr pétimus efficácitèr conſequámur.

OMnipotens ſempitérne Deus, in cujus manu ſunt ómniũ poteſtátes, & ómnium jura regnôrum, réſpice in auxílium Chriſtianôrum, ut gentes Turcârum,&hæreticôrum, quæ in ſuâ feritáte, & fraude confidunt, déxteræ tuæ potentiâ conterántur.

OMnípotens, ſempitérne Deus, qui vivôrum domináris, ſimul & mortuôrum omniúmque miſeréris, quos tuos fide, & ópere futúros eſſe prænóſcis, te ſúpplices exorámus

mus, ut pro quibus effúndere preces decrévimus quoſque vel præſens ſæculum adhúc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore ſuſcépit, intercedéntibus ómnibus ſanctis tuis, pietátis tuæ cleméntiâ, ómnium delictôrum ſuôrum véniam conſequántur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fìlium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spiritûs ſancti Deus, per ómnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Exáudiat nos omnípotens, & miſéricors Dóminus. ℟. Et cuſtódiat nos ſempèr Amên.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

In die tertio, finita Miſſa, deponit Celebrans caſulam, & manipulum, quos etiam Miniſtri, & accipit Pluviale: omnesque genuflectāt ante altare dum cantantur Litaniæ, ut primo die, & dicto ultimo Kyrie eleiſon imponit incenſum in thuribulum, incenſat Sacramentum, antequam extrahatur è thono: deinde fiat Proceſſio per Eccleſiam, & cum perventum fuerit ad altare, cātato Tantum ergo &c. dicit Celebrans genuflexus Pater noſter, & reliqua fol. 184. cum orationibus ut fol. 236. Ultimo benedicat populum cum Sacramento.

# IN TRANSLATIONE RELIQUIARUM.

In Reliquiarum Tranſlatione cum contigerit, ordinetur Proceſſio de loco ad locum, in qua cantetur Hymnus Te Deum laudamus. &c. ut fol. 121. & Pſalmi competentes ad libitum, vel Hymni de proprio, aut de communi eorum Sanctorum quorum ſunt Reliquiæ, prout in Rituali Romano. Utantur paramentis coloris Sancto, vel Sanctæ, cujus ſunt Reliquiæ convenientis, & cum luminaribus accenſis omnes procedant.

In fine cantatur Antiphona cum ſuo verſu, quæ cantari ſolet in ſecundis Veſperis illius Sancti cujus tranferuntur Reliquiæ, & dicitur oratio conveniens, & terminatur cum media concluſione.

# BENEDICTIONES
## ORNAMENTORUM ALTARIS, & Sacerrdotalium veſtium.

### Benedictio generalis ad omnia.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

OMnipotens ſempitérne Deus, qui per Moyſen fámulum tuum Pontificália, Sacerdotália, & Levítica veſtiménta ad explendum miniſtérium in conſpéctu tuo, & ad honórem, atque decórem tui nóminis fieri decreviſti: adéſto propîtus invocatiónibus noſtris, & hæc induménta; déſupèr irrigánte grátiâ tuâ, ingénti benedictióne pro noſtræ humilitátis ſervitúte purificáre, bene ✠ dícere, & conſe ✠ cráre dignêris, ut divînis cúltibus, & ſacris myſtériis apta, & benedîcta exiſtant, hiſque ſacris véſtibus Pontífices, Sacerdótes, ſeu Levîtæ indúti, & ab ómnibus impulſionibus, ſeu tentatiónibus malignôrum

gnôrum ſpirítuum munîti, & defénſi eſſe mereântur, tuiſque myſtériis aptè, & condîgnè ſervíre, & inhærêre, atque in his tibi plácitè, & devótè perſeveráre trîbue. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

O rémus.

DEus invîctæ virtútis auctor, & ómnium rerum Creátor ac Sanctificátor: inténde propîtius preces noſtras, & hæc induménta Levîticæ, ac Sacerdotális glóriæ myſtériis tuis fruénda, tuo ore próprio bene ✠ dícere, conſe ✠ cráre, ac ſancti ✠ ficáre dignêris, omnéſque eis uténtes, tuis myſtériis aptos, & tibi in eis devóté, & laudabilitèr ſerviéntes, gratos éffici concédas. Per Chriſtum Dñum noſtrum. ℟. Amen.

O rémus.

DOmine Deus Omnípotens, qui veſtiménta Pontificibus, Sacerdótibus, & Levîtis in uſum Tabarnáculi fœderis neceſſária per Moyſen fámulum tuum ágere juſſiſti, eúmque ſpíritu ſapiéntiæ ad id peragéndum replevîſti: hæc veſtiménta in uſum, & cultum myſtérii tui bene ✠ dícere, ſancti ✠ ficáre, & conſe ✠ cráre dignêris: atque Minîſtros Altáris tui qui ea indúerint, ſeptifórmis Spiritûs grátiâ dignántèr replêri, atque caſtitátis ſtolâ, beáta fácias cum bo-

rôrum fructu óperum miniſtérii congruéntis immortalitáte. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen. Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictiones ſpeciales ad ſingula.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

### Orémus.

DEus, omnípotens, bonârũ virtútum dator, & ómnium bonôrum largus infúſor, ſúpplices te rogámus, ut nobis opem tuæ benedictiónis infúndas, & hunc (amîctum, albam, cinctôrium, manîpulum, ſtolam, túnicam, vel planétam) divîno cúltui præparátum, virtúte Spìritûs Sancti bene ✠ dicere, ſancti ✠ ficáre, & conſe ✠ cráre dignêris, & ómnibus eo uténtibus grátiam ſanctificatiónis, ſacri myſtérii tui benîgnus concéde, ut in conſpéctu tuo ſancti, & immaculáti, atque irreprehenſibiles appáreant, & auxìlium miſericórdiæ tuæ acquìrant. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spìritûs Sancti, Deus per ómnia ſæcula ſæculôrum ℟. Amen.
*Solũ dicat nomen rei benedicẽdæ omiſſis aliis.* Ante-

Antecedens oratio ſemper præcedit unicuique orationum cujuslibet ſpecialium benedictionum.

## Benedictio ad Amictum.

℣. A djutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Q ui fecit cœlum, & terram.
℣. D óminus vobiſcum. ℟. E t cum ſpiritu tuo

O rémus.

I Mménſæ pietátis, & plenitúdinis gratiárum infúſor, Deus, qui per os prophétæ tui dixîſti: Expándi amíctum meum ſuper te, opérui ignomîniam tuam, plenitúdinem grátiæ & bene-di✠ctiónis tuæ ſuper hunc amîctum propitiátus exténde, ut omnes qui eo uſi fúerint, perféctam, quam deſîgnat amîctus, caſtigatiónem vocis, & gulæ ſéntiant, fiántque perfécti, virtúte decóri, & ex amîctu ipſo reddántur tibi Deo omnipoténti móribus, & grátiâ ſpecióſi, qui cum Patre, & Spìritu Sancto vivis, & regnas in ſæcula ſæculórum. ℟. A men.

O rémus.

O Mnípotens ſempitérne Deus, cópiam tuæ benedictiónis infúnde ſuper hunc amîctũ ut oblátor ſacrificii inde opértus, dæmonum fraudes, gáleâ ſalútis munîtus váleat illæſus

expugnáre, & injúnctum ſibi officiũ coram omnipoténtiâ Maieſtátis tuæ dignè váleat celebráre. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spìritûs Sancti, Deus per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen. Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio ad Albam.

℣. Ajutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo.

Orémus.

DOmine, Deus omnípotens, qui Aaron, & filios ejus túnicis líneis in decórem, & glóriam Sacerdótii, indui præcepíſti, cum quibus & ipſi ſantificáti, tibi etiã ſanctuário miniſtrârent, hanc quæſumus, líneam túnicam tuæ virtútis ſanctificatióne bene ✠ dícere, & ſancti ✠ ficáre dignéris, quâtenus omnes qui ea indúti in ſancto miniſtério tuo uſi fúerint, digni fiant altáris tui miníſtri, ipſóſque ſeptifórmis grátiâ Spíritûs ſancti replétos, & caſtitátis zonâ præcínctos, beátâ fácias cum miníſtris Angelis immortalitátis fruitióne veſtíri. Per eundem Dóminum no-

noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúſdem Spíritus ſancti, Deus per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio ad Cingulum.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo.

Orémus.

Deus, innocéntiæ reſtitútor, & puritátis amátor qui utriúſque teſtaménti patres lumbos ſuos præcíngere inſtruxíſti, quo vidélicèt, carnálem lumbórum laſcîviam díſcerent ſobrietáte continéntiæ coarctáre, ſancti ✠ fica, & bene ✠ dic, quæſumus, Dómine, cíngulum iſtud, ut omnes, qui eo accîncti fúerint, ab æſtu voluptátum carnálium, refrigérium ſéntiant, & Spíritûs ſancti rore perfúſi, quæ tuæ ſunt, mundo corde, & caſto córpore deſiderent, & læténtur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtam, Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúſdem Spíritûs ſancti, Deus per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

Bene-

## Benedictio ad Manipulum.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo.

Orémus.

DEus, qui de fructu óperum tuôrum terram ſátias, & ſecúndum ópera ſua retríbuis, & júdicas unumquémque: manîpulum iſtum per quem fructus bonôrum óperum deſignátur, tuæ benedictiónis dono ſanctî ✠ fica, quâtenus minîſtri altáris tui ipſo uténtes manîpulo, per bonôrum óperum fructum digna ſe gáudeant áſſequi præmia meritôrum. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spíritûs Sancti, Deus per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Vel dicatur ſequens oratio.

Orémus.

DEus virtútum dator, córdium ſinceritáte mũdórum prius habitátor, adéſto quæſumus ſupplicatiónibus noſtris, & hunc manípulum tuæ benedictiónis dona ſanctî ✠ fica: ut quiſquis Maieſtátis tuæ immolatúrus cum eo aſti-

aſtiterit ſacris Altáribus, detérſâ córporis negligéntiâ, & pravitáte cordis óculos in te téneat inténtos, & immundárum fæce cogitiónum tuæ charitátis ardóre ſiccátâ, cogitándo, atque proferéndo quæ recta ſunt, váleat placére tibi Omnipoténti Deo: Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio ad Stolam.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

INeffábilis benignitátis & cleméntiæ, Deus, cujus jugum, onúſque leve eſſe tu ipſe pérhibes, quique per os ſapiéntis collum nos ſubjícere jugo tuæ ſapiéntiæ docuîſti, bene ✠ dic, & ſancti ✠ fica ſtolam iſtam, jugum tuæ manſuetúdinis præſignántem, ut Sacerdótes, & Levîtæ tui, qui eidem ſtolæ húmeros, & colla ſubmîſerint: ſuavitátis tuæ ſéntiant levitátem: quâtenus inter magnam, & mirábilem turbam, quam beátus Joánnes vidit in conſpéctu Agni, ſtolis albis

bis amíctam, ſtolas ſuas laváre in ipſius Agni ſánguine mereántur, ac tanquàm formóſi in ſtolâ ſuâ, & in multitúdine ſuæ fortitúdinis gradiéntes, ſtolâ induántur glóriæ æternáliter cum eléctis. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. &c,

Aſpergat aqua benedicta.

### Benedictio ad Tunicam.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DEus, qui per Moyſen fámulum tuum, & per Aaron, & filios ejus ad ſacrificii miniſtérium Túnicas índui præcepîſti: hanc Túnicam tuæ immolatiónis miniſtério dicátam ſanctifica virtúte tuæ bene ✠ dictiónis: ut quiſquis eâ indútus ante conſpéctum divînæ Maieſtátis miniſtratúrus venerit, ſentiat in ſe ſalútis effé ctum, juſtîtiæ increméntum, quâtenus laſciviâ carnis edomátâ, ómnium officio membrôrum tibi placére váleat. Per Chriſtum Dñum noſtrum.
℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio ad Dalmaticam.

℣. A djutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Q ui fecit cœlum, & terram.
℣. D óminus vobîſcum. ℟. E t cum ſpìritu tuo.

O rémus.

DOmine Deus Omnípotens, qui veſtiménta Pontifícibus, Sacerdótibus, & Levîtis in uſum Tabernáculi fœderis neceſſária per Moyſen fámulum tuum ágere juſſiſti, eúmque ſpíritu ſapiéntiæ ad id peragéndum replevîſti: hanc Dalmáticam in uſum, & cultum myſtérii tui bene✠dícere, ſancti✠ficáre, & conſe✠crá-re dignêris: atque Miniſtros Altáris tui qui ea indúerint, ſeptifórmis Spíritûs grátiâ dignántèr replêri, atque caſtitátis ſtolâ, beáta fácias cum bonôrum fructu óperum miniſtérii congruéntis immortalitáte. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.
℟. A men. Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio ad Caſulam.

℣. A djutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Q ui fecit cœlum, & terram.
℣. D óminus vobîſcum. ℟. E t cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DEus fons pietatis, & juſtitiæ, qui tui operis miniſtros, ad extremum veſtimento caſulæ, cujus munimine omnia interius tegerentur, veſtiri ſanxiſti: bene ✠ dic, quæſumus, & ſancti ✠ fica planetam iſtam, & concede petitionibuss noſtris, ut omnes hac planeta induti innumeratis intus omnium virtutum ornamentis, vinculum perfectæ charitatis ſuper omnia habeant, quo perſicere, quæ deſiderant, te præſtante valeant. Per Chriſtum Dòminum noſtur. ℟ Amen. Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio ad Mapas, ſive Linteamina Altaris.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpiritn tuo.

Orémus.

EXaudi, Dómine, preces noſtras, & hæc linteámina ſacro altari præparata: bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris.

Oré-

O rémus.

DOmine, Deus omnipotens, qui ab initio, hominibus utilia, & neceſſaria creaſti veſtimenta, quique Levitis tuis hæc ornamenta, & linteamina facere Moyſen famulum tuum, per quadraginta dies docuiſti, quæ etiam Maria texuit, & fecit in uſum miniſterii tabernaculi fœderis, ſancti ✠ ficare, & bene ✠ dicere conſe ✠ crareque digneris hæc linteamina ad tegendum, involvendumque altare glorioſiſſimi filij tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui tecum & cum Spiritu ſancto vivit, & regnat, Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. A men.

Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio Corporalium.

℣. A djutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. E t cum ſpìritu tuo.

O rémus.

OMnìpotens ſempitérne Deus, bene ✠ dicere, ſancti ✠ ficáre, & conſe ✠ cráre dignêris linteamen iſtud ad tegendũ, involvendumq Corpus, & Sãguinem Dómini noſtri Je-

ſu Chriſti Filii tui, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Orémus.

DOmine Deus, qui jam ſanctificare dignatus es hoc genus ſpecierum, quando eo dignatus es involvi Córpus Dómini noſtri Jeſu Chriſti unigeniti tui in beata Paſſióne: concede, quæſumus, per eundem Dóminum, quàmquam indignis famulis tuis, ut præſens linteum, Cœleſti benedi ✠ ctione ſanctum, aptum fiat Dóminico ſepulchro, videlicét Altari tuo, ut placabiliter poſſit in eo imponi Corpus, & Sanguis ejuſdem Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui es vita omnium fideliter ſe ſumentium, & vivit, & regnat tuum Deus in unitate Spiritus Sancti: Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Orémus

CLementiſſimè Dómine, cujus in enarrabilis eſt virtus, cujus myſteria, arcanis mirabilibus celebrantur: tribue, quæſumus, ut hoc linteamen tuæ propitiationis bene ✠ dictione ſanctificetur, ad conſecrandum ſuper illud corpus

pus, & Sanguinem Dei, & Dómini noſtri Jeſu Chriſti Filii tui, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Orémus.

OMnipotens Deus, manibus noſtris opem tuæ bene ✠ dictionis infunde, ut per noſtram bene ✠ dictionem hoc linteamen ſanctificetur, & Corporis, ac Sanguinis Redemptoris noſtri, novum ſudarium Spiritus Sancti gratia efficiatur. Per eundem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate ejuſdem Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio Aquæ.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.

Deinde abſolute dicat exorciſmum ſalis.

EXorcizo te creatura ſalis, per Deum ✠ vivum per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, per Deum, qui te per Eliſeum Prophetam in aquam mitti juſſit, ſanaretur ſterili-

tas

tas aquæ; ut efficiaris ſal exorcizatum, in ſalutem credentium, & ſis omnibus ſumentibus te ſanitas animæ, & corporis; & effugiat, atque diſcedat à loco, in quo aſperſum fueris, omnis phantaſia, & nequitia, vel verſutia diabolicæ fraudis, omniſque ſpiritus immundus adjuratus, per eum, qui venturus eſt judicare vivos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Oremus.

IMmenſam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam ſalis quam in uſum generis humani tribuiſti bene ✠ dicere, & Sancti ✠ ficare tua pietate digneris, ut ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis, & corporis, ut quidquid ex eo tactum, vel reſperſum fuerit, careat omni immunditiâ, omnique impugnatione ſpiritualis nequitiæ. Per Dñum noſtrum Jeſum Chriſtum Filiũ tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Exorciſmus aquæ.

EXorcizo te creatura aquæ in nomine Dei ✠ Patris omnipotentis, in nomine Jeſu ✠ Chriſti Filij ejus Domini noſtri, & in virtute Sancti ✠ Spirirus, ut fiae aqua exorcizata, ad effu-

effugandam omnem poteſtatem inimici, & ipſum inimicum eradicare, & explantare valeas cum Angelis ſuis apoſtatis per virtutem ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui venturus eſt judicáre vivos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Orémus.

DEus, qui ad ſalútem humáni géneris máxima quæque Sacraménta in aquârum ſubſtántia condidíſti: adéſto propîtius invocationibus noſtris; & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene✠dictionis infunde, ut creatura tua myſterijs tuis ſerviens ad abigendos dæmónes, morboſque pellendos divinæ gratiæ ſumat effectum; ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium hæc unda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur â noxa, non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrūpens, diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici; & ſi quid eſt quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aſperſione hujus aquæ effugiat; ut ſalubritas per invocationem ſancti tui nominis expetitâ, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per Dñum noſtrum.

Hîc mittit ſal in aquam in modum Crucis dicēs.

Commìxtio ſalis, & aquæ páritèr fiat in nómine Patris, ✠ & Fìlii, ✠ & Spìritûs ✠ Sancti.
℟. Amen. ℣. Dóminus vobîſcum.
℟. Et cum ſpìritu tuo.

Orémus.

DEus invíctæ virtútis auctor, & inſuperábilis impérii Rex, ac ſemper magnificus triumphátor, qui advérſæ dominatiónis vires rèprimis, qui inimici rugiéntis ſævitiam ſúperas, qui hoſtiles nequítias poténtèr expúgnas: te Domine treméntes, & ſúpplices deprecámur, ac pétimus, ut hanc creatúram ſalis, & aquæ dignánter aſpicias, benignus illuſtres, pietátis tuæ rore ſancti ✠ fices ut ubicũque fúerit aſpérſa, per invocatiónem ſancti tui nóminis, omnis infeſtátio immúndi Spíritûs abigátur, terrórque venenóſi ſerpéntis procùl pellàtur; & præſéntiâ Sancti Spíritûs nobis miſericórdiam tuam poſcèntibus ubique adéſſe dignetur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spiritûs Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

*Aſpergat de aqua benedicta circumſtantes.*

## Benedictio Tabernaculi, ſeu Vaſculi pro Sacroſancta Euchariſtia conſervanda.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo.

Orémus.

OMnipotens ſempitérne Deus, Maieſtátem tuam ſúpplices deprecámur, ut váſculum hoc pro Córpore Filii tui Dómini noſtri Jeſu Chriſti in eo condéndo fabricátum, bene ✠ dictiónis tuæ grátiâ dicáre dignêris. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio Pixidis.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

ORemus dilectiſſimi fratres, ut Deus omnipotens hoc Vaſculum Corporis Filii ſui Domini noſtri Jeſu Chriſti gerulum ſuæ bene ✠ dictionis ſanctificatione perfundere di-

gnetur orantibus nobis. Per eundem Dominum noſtrum Jeſu Chriſtum, Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus ſancti, Deus per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen. Aſpergat aqua benedicta.

Si Sacerdoti videbitur conjungat præcedenti orationi oratio ſequens; ratione differentiæ ubi legitur Novum ſepulchrum dicat Novum thronum.

## Benedictio Vaſculi pro Euchariſtia diſtribuénda.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo.

Orémus.

Omnipotens ſempiterne Deus, manibus noſtris opere tuæ benedi ✠ ctionis infunde, ut per noſtrã benedictionem hoc vaſculum ſancti ✠ ficetur, & corpori Dòmini noſtri Jeſu Chriſti novum ſepulchrum Spiritus ſancti gratia perficiatur. Per eundem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio Capſidis, ſeu Vaſculi pro Sãctorum reliquiis aſſervandis.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

DIlectiſſimus nobis Deus Pater omnipotens, qui omnia per unigenitum Filium ſuum in virtute Spiritûs Sancti valdè bona creavit, ipſe nobis indignis ad ſanctificationem harum capſarum, Reliquiis ſanctorum ſuorum recondendis paratarum, rorem gratiæ ſuæ clementer infundere dignetur. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Orémus.

DOmine Deus omnipotens, qui ut murmur inſani populi compeſceres, & Sacerdotium Aaron tibi placitum comprobares, virgam ejus aridam germinare, & flores fructiferos producere feciſti, eandémque in Arca Teſtamenti pro ſigno virtutis tuæ poni juſſiſti, ſed & nobis, eodem præſagio Chriſtum in ara Crucis

arefactum, citiſſima reſurrectione refloreſcere, & in Eccleſia noviſſimo tempore ſuſcitanda per mortem ſuam, die, ac nocte fructificare demonſtraſti, te quæſumus indulgentiſſime generis humani proviſor, ut hæc vaſcula Sanctorum tuorum receptaculo præparata, ita gratuità gratià ſancti ✠ fices: ubicumque in tuo nomine perlata fuerint, intercedentibus Beatorum tuorum meritis, cuncta adverſa depellas, & nullifices, & omnia utilia, multiplices, atq; cuſtodias; quatenus Fideles tui magnitudine, ſive univerſitate beneficiorum tuorum, in parte modica reliquiarum integra Sanctorum corpora ſe percepiſſe gratulentur, & per temporalia loca ipſorum precibus impenſa, ad æterna cum eis gaudia poſſidenda fiducialiùs animentur. Per eundem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spíritûs Sancti, Deus per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Ameu.

## Benedictio Thuribuli.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oré-

Orémus.

DOmine Deus, qui dum filios Iſrael in deſerto murmurántes ob rebellem ſuam audáciam durum vaſtáret incéndium, Aaron Sacerdótem tuum orántem, arrépto de igne Altáris Thuríbulo tibi incénſum ponéntem exaudîre, eóſque de incéndio liberáre dignátus es: bene ✠ dic, quæſumus hoc Thurîbulum; & præſta ut quótiès thus in eo adolébitur, votum pópuli tui tibi boni odóris efficias, ſitque fuga dæmonum, repulſio phantaſmatum, & immundarum abſceſſio cogitationum. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio ad quælibet alia vaſa, vel ornamenta Divino cultui deſtinanda.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

EXaudi Dómine, Pater clementiſſime, preces noſtras: & hæc purificanda (vaſa, & ornamenta) ſacri Altaris, atque Eccleſiæ tuæ ſacri miniſterii uſui præparáta, bene ✠ dícere, & ſancti-

ſancti ✠ ficáre digneris. Per Chriſtum Dóminum, &c. ℟. Amen.

Orémus.

OMnipotens ſempitérne Deus, à quo omnia immunda purgantur, & in quo omnia purgata clareſcunt, ſupplices Filii tui Omnipotentiam tuam invocamus: ut ab his vaſis, ornamentis, & ſervitiis, quæ tibi offerunt famuli tui, omnis ſpiritus immundus confuſus longè diſcedat: & per tuam bene ✠ dictionem ad uſum, & miniſterium ſancti Altaris, & Eccleſiæ tuæ ſanctificata permaneant. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

## Benedictio ſolemnis novæ Crucis.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

ROgámus te Dómine Sancte Pater Omnipotens Ætérne Deus, ut dignêris bene ✠ dícere hoc ſignum Crucis, ut ſit remédium ſalutáre géneri humáno, ſit ſoliditas fidei, profectus

féctus bonôrum óperum, redémptio animárum, ſit ſolámen, & protéctio, ac tutéla contra ſæva jácula inimicôrum. Per Chrìſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

BEne ✠ dic Dómine, hanc Crucem tuam, per quam eripuiſti Mundum à dæmonum poteſtate, & ſuperaſti Paſſióne tua ſuggeſtorem peccati, qui gaudebat in prævaricatióne primi hominis per lignum vetitum: bene ✠ dic etiam, Dómine, & ſancti ✠ ficat iſtud ſignaculum ſacræ Paſſionis tuæ. ut ſit inimicis tuis obſtaculum, & credentibus perpetuum perfice auxilium. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, &c. ℟. Amen.

¶ Cum ſit ſolemniter iſta Benedictio, Celebrans cantat præcedentes orationes, & cum concluſione ultimæ, quæ erit integra, incipiat ſequentem præfationem in tono præfationum communiter manibus extenſis.

℣. Per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Sursùm corda. ℟. Habémus ad Dóminum.
℣. Grátias agámus Dómino Deo noſtro.
℟. Dignum, & juſtum eſt.

Verè

Verè dignum, & juſtum eſt, æquum, & ſalutáre, nos tibi ſempèr, & ubique grátias ágere, Dómine Sancte Pater Omnípotens æterne Deus, cujus Sanctum, ac terríbile nomen inter cæteras visíbiles creatúras, ligna quoque fructifica laudáre, & benedicere non ceſſant. Qui in figuram unigénitæ ſapiéntiæ tuæ ligno vitæ à princípio Paradíſum voluptátis ornáſti, ut ejúſdem fructus ſacro myſtério Protoparéntes noſtri géneris mortem cavêre, & vitam admonêres obtinére perpétuam. Quique nos vétitæ árboris attáctu, juſtæ morti addíctos, ejúſdem coætérnæ tibi ſapiéntiæ Dei, & Dómini noſtri Jeſu Chriſti innoxiâ morte ad vitam miſericórditèr revocáre dignatus es. Te ſúpplices exorámus, ut hoc ſinguláre ſignum, quod ad exemplum primi illius ſacratíſſimi vexilli, quo pretióſo Filii tui ſánguine triumpháſti, fidélium tuorum devotióne compáctum, eréctúmque eſt tua Cæléſti bene ✠ dictióne ſanctificáre dignéris, ut ómnibus hic genuflecténtibus, ac tuæ maieſtáti ſupplicántibus, cordis compúnctio, peccatôrum indulgéntia concedátur, atque intercedénte ipsâ unigéniti tui paſſióne, & tibi plácita poſtuláre, & citiùs váleant poſtuláta percípere. Dâ quæſumus clementíſſime Pater, in quo vívimus, movémur, & ſumus, ut quoties triúmphum divinæ humilitátis óculis in

tuémur

tuémur, quotièſque mente recólimus, & contra hoſtem ipſum fidúciam fortitúdinis, & maiórem humilitátis grátiam conſequámur. Quâtenus in illo treméndo tuæ maieſtátis exámine, cum paventibus eleméntis ſignum iſtud gloríficum redemptiónis noſtræ apparúerit in Cælo, ipſi de morte ad vitam transíre, ac perpétua beátæ reſurrectiónis vidére gáudia mereámur. Per eúndem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spíritûs Sancti Deus, per ómnia ſæcula ſæculórum.
℟. Amen.

His finitis imponit Celebrans incenſum in thuribulum ſequenti forma illud benedicens.

DOmine Deus Omnipotens, cui adſtat exercitus Angelorum cum tremore: quorum ſervitium ſpiritale, & igneum eſſe cognoſcitur; dignare reſpicere, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare han creaturam incenſi, ut omnes languores, omneſque infirmitates, cunctæque inſidiæ inimici odorem ejus ſentientes effugiant, & ſeparentur à plaſmate tuo, ut nunquam lædatur à morſu antiqui ſerpentis, quod pretioſo Filii tui ſanguine redemiſti. Qui tecum, & cum Spiritu Sancto vivit, & regna Deus per omnia

ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta, & ſtatim incenſat, dicitque quod ſequitur.

SAncti ✠ ficetur iſtud lignum in nomine Pa ✠ tris, & Fí ✠ lii, & Spiritûs ✠ Sancti: Et benedictio illius ligni, in quo ſancta membra Salvatóris ſuſpenſa ſunt, ſit in iſto ligno, ut orantes, inclinanteſque ſe propter Deum ante iſtam Crucem, inveniant córporis, & ànimæ ſanitátem. Per eúndem Dóminum noſtrum, &c. ℟. Amen.

His finitis Celebrans genuflexus ante Crucem devote adorat, & oſculatur; & idem faciunt præſentes. Interim Chorus cantat: Ecce lignum Crucis, &c. ut in Feria Sexta in Paraſceve ad adorationem Crucis, etiam tempore Paſchali, poſtea, ſi Crux deferenda eſt ad alium locum collocāda cantatur Hymnus Vexilla Regis prodeunt &c. ut fol. 101. vel Hymnus Pangue lingua, &c. fol. 97. omiſſis repetionibus inter ſtrophes ut ibi. Cum perventum fuerit ad locum collocetur Crux, deinde cantetur Hymnus Te Deum laudamus. ut fol. 121. quo finito cantetur ſequens Aña.

O Crux


O
Crux ſplendi di or
cun ctis A ſtris, mundo cé lebris,
ho mì ni bus mul tum a má bi-
lis, ſan cti or u ni ver ſis, quæ
ſo la fu i ſti di gna por tá-
re ta lén tum mun di, dulce li gnum,




℣. Hoc ſignum Crucis erit in cœlo.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit.
Tempore Paſchali additur: Alleluia.

Oré-

Orémus.

DEus, qui nos hodiérnâ die Exaltatiónis Sanctæ Crucis commemoratióne lætîficas; præſta quæſumus, ut cujus myſtérium in terrâ cognóvimus, ejus redemptiónis præmia in cœlo mereámur. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus ſancti, Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Benedictio Crucis novæ cum privatim fit abſque ſolemnitate.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

ROgámus te Dómine Sancte Pater Omnípotens Ætérne Deus, ut dignêris bene ✠ dícere hoc ſignum Crucis, ut ſit remédium ſalutáre géneri humáno, ſit ſolíditas fidei, profétus bonôrum óperum, redémptio animárum, ſit ſolámen, & protéctio, ac tutéla contra ſæva jácula inimicôrum. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Oré-

O rémus.

BEne ✠ dic Dómine, hanc Crucem tuam, per quam eripuiſti Mundum à dæmonum poteſtate, & ſuperaſti Paſſióne tua ſuggeſtorem peccati, qui gaudebat in prævaricatióne primi hóminis per ligni vétiti ſumptiónem: (Hìc aſpergat aqua benedicta) Sanctificétur hoc ſignunm Crucis in nómine Patris, ✠ & Fílii, ✠ & Spiritûs ✠ Sancti, ut orántes, inclinantéſque ſe propter Dóminum ante iſtam Crucem, invéniant córporis, & ánimæ ſanitátem. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtea genuflexus Sacerdos adoret Crucem, & idem faciant præſentes. ¶ Si Crux fuerit lapidea aut ex aliquo metallo, Eccleſiæ atriis, ſive locis apponenda, præcedentibus orationibus debet injungi & ſequens.

O rémus.

DEus glóriæ, qui largiris fámulis tuis fidem, & laudem nominis tui, quæſumus exorábilem miſericórdiæ tuæ pietátem, ut bene ✠ dicas, & ſanctifices tibi hoc ſignum Crucis, quod tota mentis devotione famulorum tuorum religioſa fides conſtruxit (trophæum ſcilicet vi-

ctoriæ tuæ, & redemptiónis noſtræ:) & ſicut per illud Mundus expiatus eſt a reatu, ita offerentium tuórum famulórum animæ devotiſſimæ hujus Crucis merito omni careant perpetrato peccato, ſit Chriſtianórum protectio, ſpeique tanta fiducia, quòd omnes ſimul fide confirmet, ſpe, & pace conſociet, augeat triumphis, amplificet in ſecundis: proficiat eis ad perpetuitatem temporis, ad vitam æternitatis: & ut eos temporali florente gloria muniat ad perpetuam Redemptiónis coronam; & ad regna cæleſtia potenti virtute perducat, præſta per propitiationem ſanguinis Filii tui, per ipſum datorem, qui ſe ipſum dedit Redemptionem pro multis; qui ſe hoſtiam pro delictis offerre dignatus eſt, qui exaltatus in ligno Crucis ſuæ, principatus, & poteſtates humiliavit; & qui tecum ſidereo conſidet throno indiſſolubili connexione Spiritus Sancti: per infinita ſæculorum. ℟. Amen.

Si Crux fuerit parvula ex quacumque materia e collo, vel Roſariis apppenſa deferenda, præcedentibus orationibus conjungantur ſequentes.

O ré-

Orémus.

DEus, qui beátæ Crucis patíbulum, quod priús erat ſceléſtis ad pœnam, convertiſti redémptis ad vitam, concéde plebi tuæ (aut famulo tuo, vel famulæ tuæ) ejus vallári præsidio, cujus eſt armáta vexillo, ſit ei Crux fidei fundaméntum, ſpei ſuffrágium, in adverſis defénſio, in proſpéris adjuvámen, ſit ei in hoſtes victória, in civitáte cuſtodia, in campis protectio, in domo fultúra, ut per eam Paſtor in futúro gregem conſérvet incólumen, quæ nobis Agno ✠ vivénte convérſá eſt in ſalútem. Per eúndem Dóminum. noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, &c. ℟. Amen.

Orémus.

SAnctifica Dómine Jeſu Chriſte ſignáculum iſtud paſſiónis tuæ, ut ſit inimícis tuis obſtáculum, & credéntibus in te perpétuum efficiátur victóriæ vexíllum, qui cum Patre vivis, & regnas in unitáte Spíritús Sancti Deus. Per ómnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

## Benedictio ſolemnis Imaginum B. Mariæ Virginis.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo.

Aſpergat aqua benedicta Imaginem; deinde, incipiente Celebrante, cantatur a Choro Antiphona Sub tuum præsídium. ut fol. 219. cum ſequenti Pſalmo.

### Pſalmus. 86.

FUndaménta ejus in montibus ſanctis: * díligit Dóminus portas Sion ſuper ómnia tabernácula Jacob.
Glorióſa dicta ſunt de te: * cívitas Dei.
Memor ero Rahab, & Babylônis: * ſciẽtium me.
Ecce alienìgenæ, & Tyrus, & pópulus Æthiópum: * hi fuêrunt illìc.
Nunquid Sion dìcet: Homo, & homo natus eſt in eâ: * ipſe fundávit eam Altìſſimus?
Dóminus narrábit in ſcriptúris populórum: * & Príncipum horum, qui fuêrunt in eâ.
Sicut lætántium ómnium: * habitátio eſt in te.
Glória Patri, & Fìlio: * & Spirítui Sancto.
Sicut erat in princìpio, & nunc, & ſemper: * & in ſæcula ſæculórum Amen.

Poſtea cantatur Antiphona.




Pſalmus 122.

AD te levávi óculos meos : * qui hábitas in cœlis.

Ecce ſicut óculi ſervôrum : * in mánibus dominôrum ſuôrum.

S icut óculi ancillæ in mánibus dóminæ ſuæ : * ità óculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum , donèc miſêreátur noſtri.

M iſerêre noſtri Dómine, miſerêre noſtri : * quià multùm repléti ſumus deſpectióne.

Q uià multùm repléta eſt ánima noſtra : * oppróbrium abundántibus, & deſpéctio ſupérbis.

G lória Patri &c. S icut erat &c.

Interim incenſat Imaginem, poſtea dicit:

O rémus.

DEus, qui Virginalem aulam Beatæ Mariæ Virginis, in qua habitares, eligere dignatus es : da quæſumus ut ſua nos defenſione munitos, jucundos facias ſuæ intereſſe commemorationi. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. A men.

Deinde, incipiente Celebrante, cantatur Aña,



O Glo ri ó ſa De i gé-


nitrix Virgo ſem per Ma rî a, quæ
Dó mi num óm ni um me ru í ſti por-
tá re, & Re gem Angelô rum ſo la
Vir go la ctá re; noſtri quæ ſumus
pi a memo rá re, & pro no bis
Je ſum Chri ſtum de precá re: ut tu-



is ful ti pa tro ci ni is ad cœ-



lé ſti a re gna me re á mur per ve-



nî re.

## Quartus tonus.

## Canticum B. V. Marîæ.

MAgníficat : * ánima mea Dóminum.
Et exultávit ſpíritus meus : * in Deo ſalutári meo.
Quià reſpéxit humilitátem ancîllæ ſuæ : * eccè enìm ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.
Quià fecit mihi magna qui potens eſt : * & ſanctum nomen ejus.
Et miſericórdia ejus á progénie in progénies : * timéntibus eum.
Fecit poténtiam in bráchio ſuo : * diſpérſit ſupérbos

perbos mente cordis ſui,

Depóſuit poténtes de ſede : * & exaltávit húmiles.

Eſuriéntes implévit bonis : * & dívites dimiſit inánes.

Suſcépit Iſraël púerum ſuum : * recordátus miſecórdiæ ſuæ.

Sicut locútus eſt ad patres noſtros : * Abraham, & ſémini ejus iu ſæcula.

Glória Patri &c. Sicut erat in princípio. &c.

Orémus.

DEus, qui de Beatæ Mariæ Virginis utero verbum tuum Angelo nuntiante, carnem ſuſcipere voluiſti; præſta ſupplicibus tuis; ut qui verè eam genitricem Dei credimus, ejus apud te interceſſionibus adjuvemur.

OMnipotens ſempiterne Deus, clementiſſimâ cujus diſpenſatione cuncta creantur ex nihilo, hanc Imaginem in honorem piiſſimæ Genitricis Filii tui Dómini noſtri Jeſu Chriſti venerabiliter adaptatam bene✠dicere, & ſanctificare digneris, & præſta miſericordiſſime Pater per invocationem nominis tui, atque ejuſdem Unigeniti Filii tui Dómini noſtri Jeſu Chriſti, quem pro ſalute generis humani (integritáte

gritate Virginis Mariæ ſervata) incarnari voluiſti, quatenus precibus ejuſdem Sacratiſſimæ Virginis, quicunque eandem miſericordiæ Reginam, & gratioſiſſimam Dóminam noſtram coram hac effigie ſuppliciter honorare ſtuduerit: & inſtantibus periculis eruantur, & in conſpectu Divinæ Maieſtatis tuæ de commiſſis, & omiſſis veniam impetrent, atque mereantur in præſenti gratiam, quam deſiderant adipiſci, & in futuro perpetuam ſalvationem cum electis tuis valeant gratulari. Per eundem Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## Benedictio quarumcumque Imaginum privata.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

### Orémus.

OMnìpotens ſempitérne Deus, qui Sanctôrum tuôrum imágines (vel effigies) ſculpi; aut pingi non réprobas, ut quótiès illas óculis córporis intuémur, tótiès eôrum áctus, & ſanctitátem ad imitándum memóriæ óculis meditémur, hanc, quæſumus, Imáginem (vel ſculptúram

ptûram) in honórem, & memóriam Unigéniti Filii tui Dómini noſtri, vel Beatiſſimæ Vírginis Marîæ Matris Dómini noſtri Jeſu Chriſti, vel beáti N. Apoſtoli tui, vel Martyris, vel Confeſſoris, vel Pontificis, vel Virginis adaptátam, bene ✠ dícere, & ſancti ✠ ficáre dignêris, & præſta, ut quicũque coram illa Unigénitum Filiũ tuum, vel Beatiſſimam Virginem, vel glorioſum Apoſtolum, vel Martyrem, vel Confeſſorem, aut Pontificem vel Virginem, ſupplicitèr colere, & honoráre ſtudúerit, illîus precibus, ac obténtu; à te grátiam in præſénti, & ætérnam glóriam obtíneat in futúrum. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spíritûs Sancti, Deus per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## BENEDICTIO PRIMARII LAPIDIS ad Eccleſiam ædificandam.

Præſul indutus amictu, alba, ſtola, & pluviali albi coloris procedat cum Conventu ad locũ deſtinatum pridie cum lignea Cruce quem aſpergat aqua benedicta, quam ibi prius benedicat ſi velit; poſtea á Choro cántatur Antiphona.

Signum

## ANTIPHONA.




Primus tonus.

## Pſalmus 83.

QUam dilecta tabernacula tua Dómine virtutum: * concupiſcit, & deficit anima mea in atria Dómini.

Cor meum, & caro mea: * exultaverunt in Deum vivum.

Etenim paſſer invenit ſibi domum: * & turtur nidum ſibi, ubi ponat pulos ſuos.

Altaria tua Dómine virtutum: * Rex meus, & Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua Dómine: * in ſæcula ſæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus eſt auxilium abs te: * aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum in loco, quem poſuit.

Etenim benedictionem dabit legislator ibunt de virtute in virtutem: * videbitur Deus Deórum in Sion.

Dómine Deus virtutū exaudi orationem meam: * auribus percipe Deus Jacob.

Protector noſter aſpice Deus: * & reſpice in faciem Chriſti tui.

Quia melior eſt dies una in atriis tui: * ſuper millia.

Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei: * magis quam habitare ibi tabernaculis peccatorum.

Quia miſericordiam, & veritatem diligit Deus: * gratiam, & gloriam dabit Dóminus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: * Dómine virtutum, beatus homo, qui ſperat in te.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Repetita Antiphona dicit Præſul verſus locum.

Orémus.

DO'mine Deus, qui licèt Cœlo, & terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur, locum hunc, quæſumus, beatæ Mariæ ſemper Virginis, & beati N. (nominando Sanctum, vel Sanctam, in cujus honorem, & nomen fundábitur Eccleſia) omniumque ſanctorum intercedentibus meritis, ſereno pietatis tuæ intuitu viſita, & per infuſionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento purifica, purificatumque conſerva, & qui dilecti tui David devotionem in filii ſui Salomonis opere complevìſti, in hoc opere deſideria noſtra perficere digneris, effugiantque omnes hinc nequitiæ ſpirituales. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde benedicit primarium lapidem, qui debet eſſe quadratus.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Sit nomen Dómini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.
℣. Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes.
℟. Hic factus eſt in caput anguli.
℣. Tu es Petrus.
℟. Et ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam
℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.
℟. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Orémus.

Domine Jeſu Chriſte Filii Dei vivi, qui eſt verus omnipotens Deus, ſplendor, & imago æterni Patris, & vita æterna, qui eſt lapis angularis de monte ſine manibus abſciſſus, & immutabile fundamentum, hunc lapidem collocandum in tuo nomine confirma, & tu qui es principium, & finis, in quo principio Deus Pater, ab initio cuncta creavit, ſis, quæſumus, principium, & incrementum, & conſumatio ipſius operis, quod debet

debet ad laudem, & gloriam tui nominis inchoari. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas Deus. Per omnia ſæculórum. ℟. Amen

DOmine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, bene✠dicere dignare hunc lapidẽ in fundamentum Eccleſiæ, in honorem Sancti N. Per Domium noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, lapidem probatum, angularem, pretioſum, in fundamento fundatum, de quo dicit Apoſtolus: Petra autem erat Chriſtus. Qui tecum, & cum Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Tunc aſpergat lapidem ipſum aqua benedicta & accepto cultro ſculpit per ſingulas partes in eo Cruces dicens:

In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. ℟. Amen. Quo facto dicat Præſul.

O rémus.

BEne✠dic Dómine creaturam iſtam lapidis, & præſta per invocationem ſancti tui nominis, ut quicunque ad hanc Eccleſiam ædificandam, pura mente auxilium dederint, cor-

poris

poris ſanitatem, & animæ medellam percipiant. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Poſtea dicantur Litaniæ, ut fol. 173. uſque ad preces excluſive, deinde Celebrans dicit:

O rémus.

ACtiones noſtras, quæſumus Dómine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut cuncta noſtra oratio, & operatio, á te ſemper incipiat, & per te cæpta finiatur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Tunc incipiente Celebrante cantatur à Choro

Antiphona.



MAnè ſur gens Ja cob e ri ge-



-bat lá pi dem in tí tu lum, fundens

óleum




Primus tonus.

## Pſalmus. 126.

NIſi Dóminus ædificáverit domum : * in vanum laboravêrunt qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodierit civitátem : * fruſtrà vigilat qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem súrgere : * súrgite poſtquam ſedéritis qui manducátis panem dolôris.

Cùm déderit diléctis ſuis ſomnum : * eccè hæréditas Dómini, filii, merces, fructus ventris.

Sicut ſagìttæ in manu poténtis : * ità filii excuſſôrnm.

Beátus vir, qui implévit deſidérium ſuum ex ipſis : * non confundétur cùm loquétur inimícis ſuis in portâ.

Glória Patri &c. Sicut erat &c.

Ponit Præſul primum lapidem in fundamento poſteà dicit :

IN fide Jeſu Chriſti collocamus lapidem iſtum primarium in hoc fundamento. In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, ut vigeat vera fides hic, & timor Dei, & fraterna dilectio, ſitque locus hic deſtinatus orationi, & ad invocandum, & laudandum nomen ejuſdem Dómini noſtri Jeſu Chriſti. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Statim aſpergat aqua benedicta ipſum lapidem dicens : Aſperges me, ut fol. 1. & Chorus proſequitur cum toto Pſalm Miſerêre mei Deus.

Deinde ut procedat ad aſpergeneum fundamenta domus Domini ædificandæ inchoat Antiphonam Choro proſequente.

O' quám




Interim cantatur præcedens Antiphona cum Pſalmo Fundaménta ejus in montibus ſan ctis &c. ut fol. 273. & repetitur Antiphona Celebrans aſpergit tertiam partem fundamentorum, ſeu loci deſtinati, & ibidem ſiſtens dicat:

Orémus. Diaconus vero dicit: Flectámus génua. ℟. Leváte.

Oo

Oré-

OMnipotens, & miſericors Deus, qui Sacerdotibus tuis, tantam, præ cæteris, gratiam contuliſti, ut quidquid in tuo nomine digne, perfecteque ab eis agitur, á te fieri credatur: quæſumus immenſam clementiam tuam, ut quidquid modo viſitaturi ſumus, viſites: & quidquid modo benedicturi ſumus, benedicas: ſitque ad noſtræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum mentis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Deinde cantatur à Choro ſequens Antiphona, interim Celebrans procedit ad aſpergendum aliã tertiam partem fundamentorum, ſeu loci.




pius




Finita Antiphona ibidm ſtans Celebrans ait.

OMnipoténtem Deum, fratres chariſſimi, in cujus domo ſunt manſiónes, ſúpplices deprecemur; ut locum iſtum nómini ſuo ædificándum per ſereníſſimam pietátem ſuam bene✠dícere, ſancti✠ficáre, & conſe✠cráre dignétur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cum Patre, & Spíritu Sancto vivit, & regnat Deus, per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Poſtea cantat proſequente Choro Antiphonã.






## Pſalmus 121.

LÆtatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: * in domum Dómini ibimus.

Stantes erant pedes noſtri: * in atriis tuis Jeruſalem.

Jeruſalem; quæ ædificatur ut Civitas: * cujus participatio ejus in idipſum.

Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Dómini: * teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini Dómini.

Quia illic ſederunt ſedes in judicio: ſedes ſuper domum David.

Rogate, quæ ad pacem ſunt Jeruſalem: * & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: * & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos: * loquebar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri: * quæſivi bona tibi.

Gloria Patri, &c. icut erat, &c.

Interim cantatur præcedens Antiphona cum Pſalmo, procedit aſpergendum ultimam tertiam partem fundamentorum, ſeu loci: reverſuſque ad locum primarii lapidis, & repetita dicit:

Orémus.

O rémus. Diaconus dicit,

F lectámus génua. ℟. L eváte.

DEus, qui ex omni cohabitatione Sanctorum æternum maieſtati tuæ condis habitaculum; dá ædificationi tuæ incrementa Cæleſtia, ut quod te jubente fundatur, te largiente perficiatur. Per Chriſtum, &c. ℟. A men.

Deinde cantatur ſequens Hymnus.




Q ui díceris Paráclitus,
Altiſſimi donum Dei,

Fons

Fons vivus, ignis, cháritas,
Et Spiritális unctio.

T u ſeptifórmis múnere,
Dígitus Patérnæ déxteræ,
Tu ritè promiſſum Patris
Sermóne ditans gúttura.

A ccénde lumen ſénſibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infirma noſtri córporis,
Virtúte firmans pérpeti.

H oſtem repéllas lóngiùs,
Pacémque dones prótinùs,
Ductôre ſic te prævio,
Vitémus omne nóxium.

P er te ſciàmus da Patrem,
Noſcámus atque Fílium
Teque utriúſque Spíritum
Credámus omni témpore.

D eo Patri ſit glória,
Et Fílio, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito
In ſæculôrum ſæcula. Amen.

Finito Hymno ad cujus primam ſtrophen genuflectitur, reliquis ſtant (ſic in omni tempore) Celebrans dicit:

DEſcéndat, quæſumus, Dómine Deus noſter, ſpíritus tuus Sanctus, ſuper hanc domum ædificándam; qui & dona noſtra, & pópuli tui in ea ſanctificet, & ipsíus corda dignánter emûndet. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

DEus, qui in omni loco dominatiónis tuæ clemens, ac benígnus dedicátor aſsíſtis, exáudi nos, quæſumus, & concede, ut inviolabilis hujus loci permaneat conſtructio; & beneficia tui muneris univérſitas fidélium, quæ tibi ſúpplicat, percipere mereatur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spiritus Sancti Deus, per ómnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

His finitis ſi velit poterit ibi Præſul celebrare Miſſam de Sancto, in cujus honorem ædificatur Eccleſia, ſi autem non celebrat, finiatur ut ſupra

## Benedictio novæ Eccleſiæ.

Ad benedicendam novam Eccleſiam, quæ intus debet eſſe vacua, cum Altaribus nudis, excluſo populo accedat Præſul indutus ſuperpelliceo, aut alba, ſtola & Pluviali albi coloris, cum Conventu, cui præcedat Crux inter ceroferarios, ad januam primariam ibi ſtans abſolute dicat:

Actiones noſtras, quæſumus Dómine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut cuncta noſtra oratio, & operatio, á te ſemper incipiat, & per te cæpta finiatur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde, vel benedicat aquam hìc, vel cum aqua jam benedicta, & cum aſperſorio de herba hyſſopi cantans Antiphonam Aſperges me &c. fol. 1. proſequente Choro cum toto Pſalmo Miſerêre circuit interim exterius Eccleſiam aſpergẽdo parietes ſuperius, & inferius incipiens à latere dextro comitantibus ceroferariis & Acolitis cum vaſe aquæ benedictæ; reverſuſque ad portã & repetita Antiphona poſt Pſalmum dicit Præſul:

Oremus. Diaconus dicit:

Flectamus genua. ℟. Levate.

Oré-

DO'mine Deus, qui licèt Cœlo, & terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur, locum hunc, quæſumus, beatæ Mariæ ſemper Virginis, & beati N. (nominando Sanctum, vel Sanctam, in cujus honorem, & nomen fundata eſt Eccleſia) omniumque ſanctorum intercedentibus meritis, ſereno pietatis tuæ intuitu viſita, & per infuſionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento purifica, purificatumque conſerva, & qui dilecti tui David devotionem in filii ſui Salomonis opere complevisti, in hoc opere deſideria noſtra perficere digneris, effugiantque omnes hinc nequitiæ ſpirituales. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Qua finita oratione, intrant bini, & bini in Eccleſiam uſque ad Altare maius ubi genuflectentes cantãtur Litaniæ ut fol. 173. & ubi dictũ eſt:

Ut ómnibus fidelibus edfúnctis réquiem ætérnã donáre dignêris: ℟. Te rogámus audi nos.

Surgit Præſul, & manu dextera benedicens Eccleſiam, & Altare ter eodem tono Litaniarũ ait:

Ut hanc Eccleſiam, & Altare ad honorem tuum, & nomen Sancti tui N. purgare, & bene✠

dicere digneris: ℟. Te rogamus audi nos.

Genuflectit donec perficiantur Litaniæ, & poſt ultimum Kyrie eleiſon ſtans dicit:

Orémus. Diaconus dicit:

Flectamus genua. ℟. Levate.

PRævéniat nos, quæſumus Dómine, miſecórdia tua, & intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, voces noſtras cleméntia tuæ propitiónis antícipet. Per Chriſtum Dñum noſtrum. ℟. Amen.

Tunc diſtans ab Altari congruenti ſpatio, genuflexus, & ſe ſignans dicit:

℣. Deus in adjutórium meum inténde.
℟. Dómine ad adjuvándum me feſtína.
℣. Glória Patri, & Fílio, & Spíritui Sancto.
℟. Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper & in ſæcula ſæculôrum. Amen.

Poſtea dicit Orémus. Diaconus dicit:

Flectámus génua. ℟. Eváte.

OMnipotens, & miſericors Deus, qui Sacerdotibus tuis, tantam, præ cæteris, gratiam contuliſti, ut quidquid in tuo nomine digne, perfecteque ab eis agitur, á te fieri credatur: quæſumus immenſam clementiam tuam, ut

quidquid

quidquid modo viſitaturi ſumus, viſites: & quidquid modo benedicturi ſumus, benedicas: ſitque ad noſtræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

His dictis inchoat proſequente Choro ſequentem Antiphonam. Interim cantantur Antiphona, & Pſalmi, aſpergit interius Eccleſiæ parietes in parte ſuperiori, & inferiori incipiens à latere Euangelii recitans eandem Antiphonam.




octavus tonus.

## Pſalmus 119.

AD Dóminum, cum tribularer, clamavi: * & exaudivit me.

Dómine libera animam meam á labiis iniquis: * & à lingua doloſa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam doloſam?

Sagittæ potentis acutæ: * cum carbonibus deſolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus es, habitavi cum habitantibus Cedar: * multum incola fuit ánima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: * cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

## Pſalmus 120.

LEvavi oculos meos in montes: * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Dómino: * qui fecit Cœlum, & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: * neque dormitet, qui cuſtodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet: * qui cuſtodit Iſrael.

Dóminus cuſtodit te, Dóminus protectio tua * ſuper

per manum dexteram tuam.

P er diem Sol non uret te: * neque Luna per noctem.

D óminus cuſtodit te ab omni malo: * cuſtodiat animam tuam Dóminus.

D óminus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum: * ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

G lória Patri, &c. S icut erat, &c.

Etiam dicitur Pſalmus L ætátus ſum in his &c. ut fol. 292. poſt quem repetita Antiphona, expletoque circulo rediens ad Altare Præſul dicit

O rémus. Diaconus dicit:

F lectámus génua. ℟. L evate.

DEus, qui loca nomini tuo dicanda, ſanctificas, effunde ſuper hanc domum orationis gratiam, ut ab omnibus hic nomen tuum invocantibus, auxilium tuæ miſericordiæ ſentiatur. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. A men.

His peractis dicatur Miſſa, ſive de Sancto in cujus honorem dedicata eſt Eccleſia, ſive de officio occurrenti.

Adver-

Advertendum eſt quod aliter in Pontificali Romano invenitur præcedens Benedictio, qualibet ad libitum, & pro ſolemnitate uti poſſunt; ſed omiſſis his, quæ ad conſecrationem ſpectant; nam ſolum de poteſtate Epiſcopi.

## Benedictio Campanæ.

Campana debet benedici antequam in Campanili appendatur, & Præſul indutus ſtola albi coloris alternatim cum Choro dicit ſequentia:

### Pſalmus. 148.

LAudáte Dominum de Cœlis: * laudate eum in excelſis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum Sol, & Luna: * laudate eum omnes ſtellæ, & lumen.

Laudate eum Cœli Cœlorum: * & aquæ omnes, quæ ſuper Cœlos ſunt, laudent nomen Domini.

Quia ipſe dixit, & facta ſunt: * ipſe mandavít, & creata ſunt.

Statuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi: * præceptum poſuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: * dracones, & omnes abyſſi.

Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: * quæ faciunt verbum ejus.

Montes, & omnes colles: * ligna fructifera, & omnes cedri.

Beſtiæ, & univerſa pecora: * ſerpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: * principes, & omnes Judices terræ.

Juvenes, & virgines, ſenes cum junioribus, laudent nomen Domini: * quia exaltatum eſt nomen ejus ſolius.

Confeſſio ejus ſuper Cœlum, & terram: * & exaltavit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis ejus: * filiis Iſrael, populo appropinquanti ſibi.

## Pſalmus 146.

CAntate Dómino canticum novum: * laus ejus in Eccleſia ſanctorum.

Lætetur Iſrael in eo, qui fecit eum: * & filiæ Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nomen ejus in choro: in tympano, & pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt Dómino in populo ſuo: * & exaltabit manſuetos in ſalutem.

Exultabunt ſancti in gloria: * lætabuntur in cubilibus ſuis.

Exultationes Dei in gutture eorum: * & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus:* & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conſcriptum: * gloria hæc eſt omnibus ſanctis ejus.

Laudate Dominum in ſanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in ſono tubæ: * laudate eum in pſalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: * laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus; laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis ſpiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

His finitis Præſul dìcit

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣ Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo.

Orè-

O rémus.

DEus, qui per Moyſen legiferum famulum tuum tubas argenteas fieri præcipiſti, quas dum levitæ tempore ſacrificii clangerent, ſonitu dulcedinis populus monitus, ad te adorandum fieret præparatus, & ad celebranda ſacrificia conveniret, quarum clangóre hortatus ad bellum, molimina proſterneret adverſantium; præſta, quæſumus, ut hoc ſignum ſanctæ tuæ Eccleſiæ præparatum, ſancti ✠ ficetur ab Spiritu Sancto, ut per illius tactum fideles invitentur ad præmium, & cum melodia illius auribus inſonuerit populorum, creſcat in eis devotio fidei, procul pellantur omnes inſidiæ inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempeſtatum, infeſta tonitrua temperentur, ventorum flabra fiant ſalubriter, ac moderaté ſuſpenſa, proſternat aereas poteſtates dextera tuæ virtutis, ut hoc audientes cymbalum contremiſcant, & fugiant ante Sanctæ Crucis Filii tui in eo depictum vexillum, cui flectitur omne genu cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quod ipſe Dóminus noſter Jeſus Chriſtus abſorpta morte per patibulum Crucis regnat in gloria Dei Patris, in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. A men. Aſpergat aquabened.

Iſta benedictio latius invenietur in Pontificali Romano, omiſſis quæ ſolum de poteſtate Epiſcopi, qualibet ad ſolemnitatem uti poſſunt.

## Benedictio novæ Domus, ſeu Conventus.

Cum primo Fratres aliquem Conventum ad habitandum ingrediuntur, conveniant ad Eccleſiam in forma Proceſſionis Præſul indutus ſacris veſtibus albi coloris abſolute incipit.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.

Deinde intonat Antiphonam ſequentem, & Chorus proſequitur




in




Qua finita dicatur Pſalmus Quàm diléсta tabernacula tua &c. ut fol. 282. deinde Pſalmi ſequentes.

## Pſalmus 90.

QUi habitat in adjutorio altiſſimi: * in protectione Dei Cœli commorabitur.

Dicet Dómino, ſuſceptor meus es tu, & refugium meum: * Deus meus, ſperabo in eum.

Quoniam ipſe liberavit me de laqueo venantium: * & á verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi: * & ſub pennis ejus ſperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: * non timebis à timore nocturno.

A ſagitta volante in die á negotio perambulante in tenebris: * ab incurſu, & dæmonio meridiano.

Cadent á latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: * ad te autem non appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis conſiderabis: * & retri-

butionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Dómine ſpes mea : * altiſſimum poſuiſti refugium tuum.

Non accedet ad te malum : * & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis ſuis mandavit de te : * ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: * ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis: * ut conculcabis leonem, & draconem.

Quoniam in me ſperavit, liberabo eum: * protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: * cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: & oſtendam illi ſalutare meum.

Gloria Patri, &c. Sicut erat &c.

## Pſalmus 132.

ECce quam bonum, & quam jocundum: * habitare fratres in unum.

Sicut unguentum in capite, * quod deſcendet in barbam, barbam Aaron.

Quod deſcendit in oram veſtimenti ejus: * ſicut

ut ros Hermon, qui deſcendit in Montem Sion.
Quoniam illic mandavit Dóminus benedictionem: * & vitam uſque in ſæculum.
Gloria Patri, &c. Sicut erat &c.

Repetitur Antiphona poſtea dicit Præſul:
Kyrieeleiſon. ℞. Chriſte eleiſon Kyrie eleiſon. Poſtea dicit: Pater noſter.

Interim recitatur ſecreto pergit ad aſpergendum Domum, ſeu Conventum recitandum Antiphonam Aſperges me vel Vidi aquam juxta varietatem temporum, poſtea dicit:

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℞. Sed libera nos à malo.
℣. Memento congregationis tuæ.
℞. Quam poſſediſtis ab initio.
℣. Fiat pax in virtute tua.
℞. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Dómine exáudi orationem meam.
℞. Et clamor meus ad te véniat.
℞. Dóminus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

Omnipotens, & miſericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam, præ cæteris, gratiam contuliſti, ut quidquid in tuo nomine digne, perfecteque ab eis agitur; a te fieri credá-

credatur: quæſumus immenſam clementiam tuam, ut quod modo viſitaturi ſumus, viſites, & quidquid benedicturi ſumus, bene ✠ dicas, ſitque ad noſtræ humilitatis introitum, ſanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Orémus.

DOmum tuam Dómine clementer ingredere, & in tuorum fidelium cordibus tibi perpetuam confice manſionem, ac præſta, ut in hoc Conventu, vel hac domo, nulla malignorum ſpirituum dominetur nequitia, ſed inviolabilis miſerationis tuæ permaneat bene ✠ dictio. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

TE Deum Patrem omnipotentem ſuppliciter exoramus pro hoc Conventu, vel hac domo, & pro habitatoribus ejus, ut eum, vel eam, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis Dómine de rore Cœli abundantiam, & pinguedine terræ vitæ ſubſtantiam; & deſideria voti eorum ad effectum tuæ miſerationis perducas. Ad introitum

ergò

ergo noſtrum bene ✠ dicere, & ſanctificare ✠ digneris hunc Conventum, vel hanc domum, ſicut benedicere dignatus es domum Abraham, & Iſaac, & Jacob, & intra parietes domus, vel Conventus iſtius Angeli tuæ lucis inhabitent, eumque, vel eamque, & ejus habitatores cuſtodiant. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta iterum dum cantatur Antiphona Sub tuum præſidium &c. ut ſupra fol. deinde Cantores dicant:

℣. Ora pro nobis Sancta Deigenitrix

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Ora pro nobis Beate Pater N.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Orémus.

A Cunctis, quæſumus Domine, habitatores hujus Conventus, vel domus mentis, & corporis defende periculis, & intercedente Beata, & Glorioſa ſemper Virgine Maria, & Beatis N. & N. & omnibus Sanctis tuis mente tibi, & corpore in eo vel in ea ſemper famulentur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

His finitis benedicit Præſul locum, & habitores dicens:

Bene-

B enedictio Dei omnipoténtis Pa ✠ tris, & Fi- ✠ lii, & Spirítûs ✠ Sancti deſcéndat ſuper hunc Convéntum, vel Domum, & omnes habitántes in eo, vel in eâ, & máneat ſempèr. ℟. A men.

---

# FORMA RECONCILIANDÆ

## Eccleſiæ non conſecratæ.

Ad Reconciliandam Eccleſiam violatam (ſi non ſit conſecrata paretur Præſul Alba, ſtola, & Pluviali albi coloris, & præcedente Cruce cum ceroferariis, & aqua benedicta egrediantur ad januam primariam Eccleſiæ, ibi vel benedicat tunc aquam ut ſupra, vel cum ipſa jam benedicta incipiens Antiphonam A ſperges me, ut fol. 1. quam Chorus proſequitur cum toto Pſalmo M iſerére mei Deus &c. interim aſpergat Eccleſiæ parietes exterius in circuitu: quo facto rediens ad primum locum, repetitaque Antiphona poſt pſalmum dicat:

O rémus.

OMnipotens, & miſericors Deus, qui Sacerdotibus tuis, tantam, præ cæteris, gratiam contuliſti, ut quidquid in tuo nomine digne, perfecteque ab eis agitur, á te fieri credatur

tur: quæſumus immenſam clementiam tuam, ut quidquid modo viſitaturi ſumus, viſites: & quidquid modo benedicturi ſumus, benedicas: ſitque ad noſtræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Orémus. Miniſtri dicunt:
Flectámus génua. ℟. Leváte.

AUfer á nobis, Dómine, cunctas iniquítates noſtras, ut ad loca tuo ſancto nomini purificanda, puris mereamur mentibus accedere. Per eundem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Si reconciliandum ſimul ſit cœmeterium, dicitur etiam oratio infra, & aſpergēdum eſt ſimul, cum Eccleſia fuit exterius aſperſa.

Orémus. Miniſtri dicunt:
Flectámus génua. ℟. Leváte.

DOmine pie, qui agrum figuli pretio ſanguinis tui in ſepulturam peregrinorum comparari voluiſti, quæſumus, dignanter reminiſcere clementiſſimi hujus myſterii tui. Tu es enim Domine figulus noſter: tu quietis noſtræ

ager: tu agri hujus es pretium: tu dediſti etiam, & ſuſcepiſti: tu de pretio, & in pretio vivifici ſanguinis nos quieſcere feciſti, & donaſti. Tu ergo, Domine, qui es offenſionis noſtræ clementiſſimus indultor, expectatiſſimus judicator, judicii tui ſuperabundantiſſimus miſerator, judicium tuæ juſtæ ſeveritatis abſcondens poſt miſerationem tuæ piæ redemptionis adeſto exauditor, & affector noſtræ reconciliationis: hoc Cœmeterium mauſoleum peregrinorum tuorum, cœleſtis patriæ incolatum expectantium, benignus purifica, & reconcilia: & hic tumulatorum, & tumulandorum corpora de potentia, & pietate tuæ reſurrectionis ad gloriam incorruptionis non damnans, ſed glorificans, reſuſcita, qui venturus es judicare vivos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde intrant Eccleſiam cantantes Litanias ut fol. 173. uſque ad Altare maius, ubi genuflectunt omnes: & cum dictum fuerit:

Ut ómnibus fidélibus defúnct &c. Præſul ſurgit & verſus Eccleſiam benedicens dicit ter

Ut hanc Eccleſiam, & Altáre hoc purgáre, & reconciliáre dignêris: Te rogámus audi nos.

Finitis Litaniis ſine precibus dicit Præſul:

Orémus. Miniſtri dicunt:

Flectamus genua. ℟. Levate.

Prævé-

PRævéniat nos, quæſumus Dómine, miſe-córdia tua, & intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, voces noſtras cleméntia tuæ propitiatiónis antícipet. Per Chriſtum Dñum noſtrum.
℟. Amen.

Orémus. Miniſtri dicunt:

Flectamus génua. ℟. Leváte.

DEus, qui peccati veteris hæreditariam mortem, in qua poſteritatis genus omne ſucceſſerat, Chriſti filii tui Domini noſtri Paſſione ſolviſti, da propitius, ut conformes eidem effecti, ſicut imaginem terreni parentis naturæ neceſſitate gerimus, ita imaginem cœleſtis gratiæ ſanctificatione portemus, Jeſu Chriſti Dómini noſtri, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus per omnia ſæcula ſæculorum.
℟. Amen.

Tunc Præſul genuflexus ſignans ſe dícat:

℣. Deus in adjutórium meum inténde.
℟. Dómine ad adjuvándum me feſtina.
℣. Glória Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.
℟. Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper & in ſæcula ſæculôrum. Amen.

Deinde intonat Añam ſequentem, & Chorus proſequitur repetiturque inter verſus Pſalmi.




Septimus tonus.

## Pſalmus 67.

IN Eccleſiis benedicite Deo Dómino: * de fontibus Iſrael.

Exurgat Deus, &c.

Ibi Benjamin adoleſcentulus: * in mentis exceſſu.

Exurgat Deus, &c.

Principes Juda, Duces eorum: * Principes Zabulon,

lon, Principes Nephtali.
Exurgat Deus, &c.
Manda Deus virtuti tuæ: * confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.
Exurgat Deus, &c.
A Templo ſancto tuo in Jeruſalem: * tibi offerent Reges munera.
Exurgat Deus, &c.
Increpa feras arundinis congregatio taurorum in vaccis populorum: * ut excludant eos, qui probati ſunt argento.
Exurgat Deus, &c.
Diſſipa gentes, quæ bella volunt, venient legati ex Ægypto: * Æthiopia præveniet manus ejus Deo.
Exurgat Deus, &c.
Regna terræ cantate Deo: * pſallite Dómino.
Exurgat Deus, &c.
Pſallite Deo, qui aſcendit ſuper Cœlum Cœli: * ad Orientem.
Exurga Deus, &c.
Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis: * date gloriam Deo ſuper Iſrael; magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus.
Exurgat Deus, &c.
Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſrael, ipſe dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ: * bene-

benedictus Deus.

Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus, & fugiant, qui oderunt eum á facie ejus.

Dum hæc dicuntur Præſul circuit Eccleſiam interius aſpergendo parietes, & pavimentum locaque contaminata ſpecialiter ſæpiſſime; quo facto rediens ad Altare, finito Pſalmo cum Antiphona ſtans dicit:

Orémus.

DEus, qui in omni loco dominatiónis tuæ clemens, & benígnus purificátor aſſiſtis; exáudi nos, quæſumus, & concéde, ut in póſterum inviolábilis hujus loci permáneat benedíctio, & tui múneris beneficia, univérſitas fidélium, quæ ſúpplicat, percípere mereátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde, vel dicitur Miſſa de die occurrenti, vel benedicitur populus, qui ſolum intrare permittatur Eccleſiam, poſt aſperſionem interiorem ipſius, ſed maneat extra uſque ad finem aſperſionis internæ.

# FORMA RECONCILIANDI

## Cœmeterii tantum, ſine Eccleſia.

Die Dominico, aut feſto aliquo, vel quocumque alio die ſi Eccleſia fuerit in Urbe, aut Oppido Sacerdos ſuperpelliceo, & ſtola indutus vel cum pluviali albi coloris, vel ſine illo, cum Cōventu Cruce præcedente & ceroferariis exeant ad medium cœmeterii proceſſionaliter, ubi genuflexi incipiant Litanias ut fol. 173. uſque ad illum verſum U t omnibus fidelibus defunctis &c. ſurgit tunc Sacerdos paratus, & ter benedicens, ait: U t hoc Cœmeterium reconciliare ✠ dignêris: T e rogamus audi nos.

Quibus ter repetitis iterum genuflectit, & Litaniæ proſequuntur uſque ad finem ſine precibus. Deinde ſurgens Sacerdos, vel aquam ibi benedicat, vel cum ipſá jam benedicta incipiens Antiphonam A ſperges me, ut fol. 1. quam Chorus proſequitur cum Pſalmo M iſerére mei Deus uſque ad finem ſine G lória Patri, aſpergit totum Cœmeterium incipiens à parte dextera ad ſiniſtram. Quando autem ad eum locum pervenerit ubi ſacrilegium fuit commiſſum aquam benedictam pluries infundat. Finita vero Antiphona, & Pſalmo, & toto Cœmeterio aqua benedicta

aſperſo,

aſperſo, Sacerdos ad eum locum reverſus in quo Litanias incepit, abſolute & ſtans dicat:

Orémus. Miniſtri dicunt:
Flectámus gènua. ℟. Leváte.

OMnipotens, & miſericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam, præ cæteris, gratiam contuliſti, ut quidquid in tuo nomine digne, perfecteque ab eis agitur; a te fieri credatur: quæſumus immenſam clementiam tuam, ut quod modo viſitaturi ſumus, viſites, & quidquid benedicturi ſumus, bene✠dicas, ſitque ad noſtræ humilitatis introitum, ſanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Orémus. Miniſtri dicunt:
Flectámus génua. ℟. Leváte.

AUfer à nobis, Domine cunctas iniquitates noſtras, ut ad loca tuo ſancto nomini purificanda, puris mereamur mentibus accedere. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus. Miniſtri dicunt:
Flectámus génua. ℟. Leváte.

Dómine

DOmine pie, qui agrum ſiguli pretio ſanguinis tui in ſepulturam peregrinorum comparari voluiſti, quæſumus, dignanter reminiſcere clementiſſimi hujus myſterii tui. Tu es enim Domine ſigulus noſter: tu quietis noſtræ ager: tu agri hujus es pretium: tu dediſti etiam, & ſuſcepiſti: tu de pretio, & in pretio vivifici ſanguinis nos quieſcere feciſti, & donaſti. Tu ergo, Domine, qui es offenſionis noſtræ clementiſſimus indultor, expectatiſſimus judicator, judicii tui ſuperabundantiſſimus miſerator, judicium tuæ juſtæ ſeveritatis abſcondens poſt miſerationem tuæ piæ redemptionis adeſto exauditor, & affector noſtræ reconciliationis: hoc Cœmeterium mauſoleum peregrinorum tuorum, cœleſtis patriæ incolatum expectantium, benignus purifica, & reconcilia: & hic tumulatorum, & tumulandorum corpora de potentia, & pietate tuæ reſurrectionis ad gloriam incorruptionis non damnans, ſed glorificans, reſuſcita, qui venturus es judicare vivos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

His peractis Sacerdos unà cum Proceſſione redit in Eccleſiam recitans Pſalmum Deprofúndis. & ubi ad Altare pervenerit completo Pſalmo dicat orationem pro defunctis, & ſtatim Requieſcant in pace. Atque ad populum converſus bene-

dictionem impartietur, ſi Miſſa non ſit dicenda.

## Benedictio Peregrinorum ad loca ſancta prodeuntium.

Peregrini ad loca ſancta profecturi, antequam diſcedant, juxta veteris Eccleſiæ inſtitutum debent accipere patentales literas vel à ſuo Ordinario vel Parocho, quibus obtentis, & rebus ſuis diſpoſitis, facta peccatorum ſuorum confeſſione, & audita Miſſa in qua dicitur oratio pro peregrinantibus, ſanctiſſimam Euchariſtiam devote ſuſcipiunt. Expleta Miſſa, Sacerdos ſuper eos genuflexos dicit ſequentes preces.

### Antiphona.

IN viam pacis. Dicitur Canticum Zachariæ. Benedíctus Dóminus Deus Iſraël cum Glória Patri: in fine repetitur Antiphona.

In viam pacis, & proſperitátis dìrigat vos omnípotens, & miſéricors Dóminus, & Angelus Ráphaël comitétur vobiſcum in viâ, ut cum pace, ſalute, & gáudio revertáris ad propria.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Sacerdos dicit: Pater noſter. ſecreto.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed

℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvos fac ſervos tuos.
℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Mitte eis Dómine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuére eos.
℣. Eſto eis turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
℣. Benedictus Dominus die, quotidie.
℟. Proſperum iter faciat nobis Deus ſalutarium noſtrorum.
℣. Vias tuas Domine demonſtra mihi.
℟. Et ſemitas tuas edoce me.
℣. Utinam dirigantur viæ noſtræ.
℣. Ad cuſtodiendas juſtificationes tuas.
℣. Erunt prava in directa.
℟. Et aſpera in vias planas.
℣. Angelis ſuis Deus mandavit de te.
℟. Ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

DEus, qui filiis Iſrael per maris medium ſicco veſtigio ire feciſti, quique tribus Magis iter ad te, ſtella duce, pandiſti, tribue eis, quæſumus, iter proſperum, tempuſque tranquillum, ut Angelo tuo ſancto comite, ad eum, quò pergunt, locum, ut demum ad æternæ ſalutis portum feliciter valeant pervenire.

DEus, qui Abraham puerum tuum de Ur Chaldæorū eductū per omnes ſuæ peregrinationis vias illæſum cuſtodiſti, quæſumus, ut hos famulos tuos cuſtodire digneris: eſto eis Dñe in procinctu ſuffragiū, in via ſolatium, in æſtu umbraculum, in pluvia, & frigore tegumentum, in laſſitudine vehiculum, in adverſitate præſidium, in lubricis baculus, in naufragio portus, ut te duce, quo tendunt, proſpere perveniant, & incolumes demum ad propria revertantur.

ADeſto, quæſumus Domine, ſupplicationibus noſtris, & viam famulorum tuorum in ſalutis tuæ proſperitate diſpone, ut inter omnes viæ, & vitæ hujus varietates, tuo ſemper protegantur auxilio.

PRæſta, quæſumus, omnipotens Deus, ut familia tua per viam ſalutis incedat, & beati Joannis præcurſoris hortamenta ſectando, ad eum, quem prædixit, ſecura perveniat Dominum

num noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum.

EXaudi, Dómine, preces noſtras, & iter famulorum tuorum propitius comitare, atque miſericordiam tuam, ſicut ubique es, ita ubique largire, quatenus á cunctis adverſitatibus tua opitulatione defenſi, gratiarum tibi referant actiones. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Pax & benedictio ✠ Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. ℟. Amen.

Deinde aſpergantur aqua benedicta.

## Benedictio Peregrinorum poſt reditum.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.

### Antiphona.

ECce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum.

### Pſalmus 127.

Beati omnes, qui timent Dominum: * qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum, quia manducabis: * beatus es, & bene tibi erit.

U xor tua, ſicut vitis abundans: * in lateribus domus tuæ.

F ilii tui ſicut novellæ olivarum: * in circuitu menſæ tuæ.

E cce ſic benedicétur homo: * qui timet Dominum.

B enedicat tibi Dominus ex Sion: * & videas bona Jeruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

E t videas filios filiorum tuorum: * pacem ſuper Iſrael.

G loria Patri, &c. S icut erat &c.

Repetitur Antiphona poſtea dicitur:

K yrie eleiſon. C hriſte eleiſon. K yrie eleiſon.

Sacerdos: P ater noſter. ſecreto.

℣. E t ne nos inducas in tentationem.

℟. S ed libera nos à malo.

℣. B enedicti, qui veniunt in nomine Dómini.

℟. B enedicti vos á Dómino, qui fecit Cœlum, & terram.

℣. R eſpice Dómine in ſervos tuos, & in opera tua.

℟. E t diriget eos in viam mandatorum tuorum.

℣. D ómine exaudi orationem meam.

℟. E t clamor meus ad te veniat.

℣. D ominus vobiſcum. ℟. E t cum ſpiritu tuo.

O rémus.

LArgire, quæſumus Dómine, famulis tuis indulgentiam placatus, & pacem, ut pariter ab omnibus mundentur offenſis, & ſecura tibi mente deſerviant.

OMnipotens ſempiterne Deus, noſtrorum temporum, vitæque diſpoſitor, famulis tuis continuæ tranquilitatis largire ſubſidium, ut quos incolumes propriis laboribus reddiſti, tuæ facias protectione ſecuros.

DEus humilium viſitator, qui nos fraterna dilectione conſolaris, prætende ſocietati noſtræ gratiam tuam, ut per eos, in quibus habitas, tuum nobis ſentiamus adventum. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta, & poſtea.

Pax, & benedictio ✠ Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. ℟. Amen.

Quod ſi unus fuerit peregrinaturus omnia dicuntur in ſingulari. Si Sacerdos fuerit ſocius peregrinationis dicat in prima perſona numeri pluralis ea, quæ ſibi congruere videbitur.

## Benedictio Candelarum extra diem Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.

℣. Adjutorum noſtrum in nomine Dómini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

DOmine Jeſu Chriſti Fili Dei vivi bene ✠ dic candelas iſtas ſupplicationibus noſtris, infunde in eis Domine per virtutem Sanctæ Crucis ✠ benedictionem cœleſtem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuiſti: taleмque benedictionem ſignaculo Sanctæ Crucis ✠ accipiant, ut quibuſcunque locis accenſæ, ſive poſitæ fuerint, diſcedant Principes tenebrarum, & contremiſcant, & fugiant pavidi cum omnibus miniſtris ſuis ab habitationibus illis, nec præſumant amplius inquietare, aut moleſtare ſervientes tibi omnipotenti Deo, qui vivis & regnas. &c. ℟. Amen. Aſpergat aqua bened.

## Benedictio Domus, ſeu loci quocumque tempore.

Sacerdos cum ſtola comitatus miniſtro cum aqua

aqua benedicta ingrediens domum dicat:

℣. Pax huic domui.

℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Aſpergit domum, & omnia loca præcipua dicens Antiphonam Aſpergesme. cum Pſalmo Miſerere mei Deus cum Gloria Patri. Tempore Paſchali dicat Antiphonam Vidi aquam, & repetitur Antiphona ſecundum tempus: poſtea

℣. Dómine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

EXaudi nos Dómine Sancte Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de Cœlis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

BEne✠dic Dómine Deus omnipotens domum iſtam, vel locum iſtum, ut ſit in ea, vel in eo, ſanitas, caſtitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & manſuetudo, plenitudo

legis, & gratiarum actio Deo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, & hæc benedictio maneat ſuper hanc domum, vel hunc locum, & ſuper habitantes in ea, vel in eo, nunc, & ſemper. ℟. Amen.

### Benedictio terræ ſeminatæ, ſeu plantatæ.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Dómini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

BEnedicat nos Deus noſter, & terræ noſtræ ubertatem concedat, in centuplum amplificet fructus ejus, ut venientes in exultatione manipulos noſtros colligamus. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen. Aſpergat aqua benedicta.

### Benedictio novorum fructuum.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

Benedic ✠ Dómine hos novos fructus N. & & præſta, ut qui ex eis in tuo ſancto nomine veſcentur, corporis, & animæ ſalute potiantur. Per Chriſtum &c. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

Benedictio ſuper fruges, & vineas.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

ORamus pietatem tuam omnipotens Deus, ut has primitias creaturæ, quas aeris, & pluviæ temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuæ imbre perfundas, & fructus terræ tuæ uſque ad maturitatem perducas. Tribuas

quoque populo tuo, de tuis muneribus tibi ſemper gratias agere, ut á fertilitate terræ eſurientium animas bonis affluentibus repleas, & ut egenus, & pauper laudent nomen gloriæ tuæ. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio agrorum, ut ab eis animalia noxia expellantur.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Dómini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Deus refugium noſtrum, & virtus.
℟. Adjutor in tribulationibus.
℣. Nolite timere animalia regionis.
℟. Quia germinaverunt ſpecioſa deſerti.
℣. Reddam vobis annos, quos comedit locuſta.
℟. Bruchus, & rubigo, & Eruca.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

Preces noſtras, quæſumus Dómine clementer exaudi, ut qui juſte pro peccatis noſtris affligimur, & hanc vermium, Erucarum, Murium, *vel* aliorum animalium calamítatem patimur,

mur, pro tui nominis ab ea miſericorditer liberemur, ut per potentiam tuam expulſa nulli noceant, & hos agros, vineas, intacta dimittant: quatenus quæ ex eis orta fuerint tuæ maieſtati deſerviant, & noſtræ neceſſitati ſubveniant. Per Chriſtum Dominum uoſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus bonorum omnium auctor, & conſervator in cujus nomine omne genu flectitur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, concede, ut quod de tua miſeratione confiſi agimus, per tuam gratiam efficacem conſequamur effectum; quatenus hos vermes, & animalia noxia ſegregando ſegreges, exterminando extermines, ut ab iſta calamitate liberati, gratiarum actiones maieſtati tuæ referamus. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Orémus.

DEus, qui famulorum tuorum Moyſis, & Aaronis miniſterio ab Ægyptiis, pro gloria nominis tui locuſtas, bruchos, ciniphes, aliaſque plagas (ſcilicet, juſtitiæ tuæ in peccatores flagella) avertiſti, à filiis quoque Iſrael prohibuiſti

buiſti: à populo in te credente ſimiles calamitates aufert, ut potentiam tuam, & beneficentiam prædicemus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

LArgiri, & conſervare fructus terræ dignare Domine Deus noſter, ut temporalibus gaudeamus auxiliis, & proficiamus ſpiritualibus incrementis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

ORamus te, Domine Deus noſter, ut hos agros aut vineas, ſerenis oculis, hilarique vultu reſpicere digneris, tuamque ſuper eos bene✠dictionem effunde, ut non grando ſurripiat, non turbo ſubvertat, non vis tempeſtatis detruncet, non æſtus exurat, non animalia noxia corrodant, neque inundatio pluviæ exterminet, ſed fructus incolumes, ubereſque uſui noſtro ad plenam maturitatem perducas. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

EXorcizo vos vermes, vel Aves, vel Mures, vel Bruchos, vel Locuſtas, vel alia animalia per Deum ✠ Patrem omnipotentem, per Jeſum ✠ Chriſtum Filium ejus, & per Spiritum ✠ San-

✠ Sanctum ab utroque procedentem, ut confeſtim recedatis ab his campis, nec amplius in eis habitetis, ſed ad ea tranſeatis loca, in quibus non nocere poſſitis. Præcipio etiam vobis per obedientiam Jeſu Chriſti Redemptoris noſtri, ut de die in diem deficiatis, & corrumpamini, nulloque in loco de vobis reliquiæ inveniantur, niſi ad uſum, vel ſalutem humani generis fuerint neceſſariæ. Per eundem Dóminum noſtrum, &c. ℟. Amen.

Deinde aſpergat agros, ſeu vineas in modum Crucis dicens:

Benedictio Dei omnipotentis Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti deſcendat, & maneat ſuper hos agros, *vel* vineas, & eorum fructus. ℟. Amen.

## Benedictio pro animalibus infirmantibus.

Sacerdos indutus ſuperpelliceo, & ſtola violacea ter aſpergat animalia dicens: Aſperges me. Deinde dicit:

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Aperis tu manum tuam.

℟. Et

℟. Et imples omne animal benedictione.
℣. Dño benedicite. ℟. Omnes beſtiæ & pecora.
℣. Potabunt omnes beſtiæ agri.
℟. Et expectabunt Onagri in ſiti ſua.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpìritu tuo.

Orémus.

MIſericordiam tuam Domine ſupplices exoramus, ut hæc animalia, quæ gravi infirmitate vexantur, tua bene ✠ dictione ſanentur; extinguatur in eis omnis diabolica poteſtas, neque ulterius ægrotent, eſto eis vitæ defenſio, & remedium ſanitatis.

DEus, qui laborantibus hominibus, etiam de mutis animalibus ſolatia ſubrogaſti, ſuppliciter te rogamus, ut ſine quibus non alitur humana conditio, noſtris facias uſibus non perire.

DA nobis, quæſumus Domine, piæ petitionis effectum, animalium peſtilentiam, mortalitatemque propitiatus averte, ut mortalium corda cognoſcant à te dedignante talia flagella prodire, & te miſerante ceſſare. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum qui tecum &c. ℟. Amen.

Bene-

## Benedictio pro aquis infectis.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Jordanis flumen benedixiſti, & in eodem baptizatus, aquas purificaſti, ut elementum ſalubre efficeretur in remiſſionem peccatorum, has aquas benedicere, ✠ & ſanctificare ✠ digneris, ut nihil in eis noxium, nihil peſtilens, nihil corrumpens maneat, ſed omnia pura, & munda in eis efficiãtur; ut quæ ad uſum hominum ex eis creata ſunt, cum gloria tua, & ſalute noſtra ſumamus. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate. &c. ℟. Amen.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Sequentia S. Euangelii ſecũdùm Matthæum.
℟. Gloria tibi Dómine.

IN illo tempore: venit Jeſus á Gallilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Joannes autem prohibebat eum dicens: Ego á te debeo baptizari. Et tu venis ad me? Reſpondens

autem Jeſus dixit ei: Sine modò ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam. Tunc dimiſit eum. Baptizatus autem Jeſus, confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei Cæli: & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe, & ecce vox de Cælis dicens: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. ℟. Laus tibi Chriſte.

Deinde aſpergat eas aqua benedicta dicens:

Benedictio omnipotentis Dei Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti deſcendat ſuper has aquas, & maneat ſemper. ℟. Amen.

## Benedictio ad quodcumque comeſtibile.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

BEne✠dic Domine creaturam iſtam N. ut ſit remedium ſalutare generi humano, & præſta per invocationem ſancti nominis tui, ut quicumque ex ea ſumpſerit, corporis ſanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Chriſtum Dominum &c. ℟. Amen. Aſpergat aqua benedicta.

Bene-

## Benedictio Ovorum.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

SUbveniat, quæſumus Domine, tuæ bene ✠ dictionis gratia huic ovorum creaturæ, ut cibus ſalubris fiat fidelibus tuis in tuarum gratiarum actione ſumentibus ob reſurrectionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui tecum vivit, & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum.
℟. Amen. Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio Panis.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte, panis Angelorum, panis vivus vitæ æternæ bene ✠ dicere dignare panem iſtum, ſicut benedixiſti quinque panes in deſerto, ut omnes ex eo digne gu-

ſtantes, inde corporis, & animæ deſiderabilem percipiant ſanitatem. Qui vivis, & regnas &c.

℟. Amen. Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio Olei ſimplicis.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.

EXorcizo te creatura Olei, per Deum Patrem ✠ omnipotentem, qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt, omnis virtus adverſarii, omnis exercitus diaboli, & omnis incurſus, omne phantaſma Satanæ eradicare, & effugáre ab hac creatura Olei, ut fiat omnibus, qui eo uſi ſunt ſalus mentis, & corporis, in nomine Dei Patris ✠ omnipotentis, & Jeſu ✠ Chriſti Filii ejus Domini noſtri, & Spiritus ✠ Sancti Paracliti, & in charitate ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos, mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Deus omnipotens, cui adſtat exercitus Angelorum cum tremore, quorum ſervitium ſpirituale cognoſcitur, dignare, reſpicere, & bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare hanc

hanc creaturam Olei, quam ex olivarum ſucco eduxiſti, & ex eo infirmos inungi mandaſti, quatenus ſanitate præcepta, tibi Deo vivo, & vero gratias agerent: præſta, quæſumus, ut hi, qui hoc Oleo, quod in tuo nomine bene ✠ dicimus, uſi fuerint, ab omni languore, omnique infirmitate, atque cunctis inſidiis inimici liberentur, & cunctæ adverſitates ſeparentur à plaſmate tuo, quod pretioſo Sanguine Filii tui redemiſti: ut nunquam lædatur a morſu ſerpentis antiqui. Per eundem Dóminum noſtrum, &c. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio Agni Paſchalis.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

DEus, qui per famulum tuum Moyſen in liberatione populi tui de Ægypto, Agnum occídi juſſiſti, in ſimilitudinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & utroſque poſtes domórum de ſanguine ejuſdem Agni perúngi præcepiſti: tu bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficáre digneris hanc

hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam ſumere deſideramus, per Reſurrectionem ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui tecum vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio ad piſcationis cymbas, retia, & omnia piſcationi neceſſaria.

Omnes in cymba incluſi piſcaturi geuuflexi faciunt Confeſſionem, Actum Contritionis, & dicant Credo in Deum &c tunc dicit Sacerdos.

Per virtutem Sanctiſſimæ Cru✠cis defendat vos Deus, homines, navim, & retia, ab omnibus malis præſentibus, & futuris. ℟. Amen.

Ego exorcizo✠ vos, & ſolvo ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, ſignaturis, & facturis diaboli, & miniſtrorum ejus in nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. ℟. Amen.

Aſpergat omnia aqua benedicta, deinde dicit:
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

O ré-

O rémus.

EXaudi nos Domine Sancte Pater Omnipotens æterne Deos, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de Cælis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat homines iſtos, navim, remos, & retia, Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. A men.

℣. D óminus vobiſcum. ℟. E t cum ſpiritu tuo.

L ectio ſancti Euangelii ſecundum Lucam.

℟. G loria tibi Domine.

IN illo tempore ſtabat Jeſus ſecus ſtagnum Genaſareth. Et vidit duas naves ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatores autem deſcenderant, & lavabant retia. Aſcendens autem Jeſus in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum á terra reducere puſillum. Et ſedens docebat de navicula turbas. Ut ceſſavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam. Et reſpondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete: & cum hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam, rumpebatur autem rete eorum, & annuerunt ſociis, qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos; & venerunt, & impleverunt

ambas

ambas naviculas, ita ut pené mergerentur.

℟. Laus tibi, Chriſte

Per Euangelica dicta memoretur veſtri Dominus, & liberet vos á malo: det vobis abundantiam piſcium, & reducat vos in pace. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

PRotector in te ſperantium Deus, qui piſces, & creaturas omnes ad ſervitium hominis creaſti; infunde bene ✠ dictionem tuam cæleſtem ſuper hos famulos tuos, & ſuper navim, remos, & retia: & ſicut Sanctis Apoſtolis tuis per totam noctem laborantibus ſolo præcepti tui verbo multitudinem piſcium contuliſti; ita facias Fidelibus tuis iſtis, donando eis tranquillitatem temporum, incolumitatem corporum, abundantiamque piſcium, & pacis. Per te Chriſte Salvator, qui cum Patre, &c. ℟. Amen.

Oremus.

Concede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione ab omni periculo libe-

liberari, ac triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Oremus.

BEne ✠ dic Domine retia iſta ad piſcandum coaptata: bene ✠ dic navigium, & funes: bene ✠ dic remos, & univerſam ſarcinam ad piſcium captionem neceſſariam: & præſta, ut reptilia maris ad tuam ſanctam bene ✠ dictionem veniant, & in uſum hominum capiantur. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta, deinde manu quatuor faciat Cruces in prora, puppi, & lateribus cymbæ deforis dicens:

HÆc eſt cla ✠ vis David, quæ claudit, & nemo aperit: aperit, & nemo claudit: frænum vobis pono, dœmones, malufici, & maleficæ; ut ad iſtam naviculam, & retia accedere non poſſitis, nec ad laborantes cum eis malum aliquod inferre: nec fructus maris impedire: imò confringantur vires veſtræ, & deſtruantur a potentiſſima manu Dei. Qui vivis, & regnas, in ſæcula ſœculorum. ℟. Amen.

## Benedictio Navium.

℣. Adjutorium noſtrum innomine Dómini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRopitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris, & bene ✠ dic navem iſtam dexterâ ſancta tua, & omnes, qui in ea vehentur; ſicut dignatus es benedicere Arcam Noe ambulantem in diluvio: porrige eis, Dñe dexteram tuam, ſicut porrexiſti Beato Petro ambulanti ſupra mare: & mitte Sanctum Angelum tuum de Cælis, qui liberet, & cuſtodiat eam à periculis univerſis: & famulos tuos repulſis adverſitatibus, portu ſemper optabili, curſuque tranquillo tuearis: tranſactisque, ac rectè perfectis negotiis omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio revocare digneris. Qui vivis, &c. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## De modo induendi puerum, vel puellam Habitu noſtro, pro aliquo voto, vel devotione.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Dómini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte, qui noſtra pro ſalute ſuſcipiens humanam naturam de veſtimento carnis induere dignatus es, benedictione ſancta tua bene✠dic iſta parvula veſtimenta quæ pro gratiis tibi exolvendis, cum omni devotione, ſanctoque voto, ac veneratione beatiſſimæ Mariæ infans iſte, *ſive*, puella ſuper ſe ſuſcepturus, *ſive*, ſuſceptura eſt: infunde in eum, *ſive* eam, quæſumus, tuam ſanctam benedictionem: ut cum primum induerit hoc religioni ſimile veſtimentum intercedente ſancto. N. deſcendat ſuper eum, ſive ſuper eam gratia tua: & protegat illum, ſive, illam ab omni malo mentis, & corporis, qui vivis, & regnas, &c. ℟. Amen.

Deinde aſpergat, & adoleat incenſo veſtimenta; exuens vero creaturam dicat:

Eripiat Dominus de corde tuo ſæculi pompas, quibus abrenunciaſti dum baptiſmum ſuſciperes.

Pſalmus.

E Ripe me Domine ab homine malo : á viro iniquo eripe me.

E ripe me de inimicis meis Deus meus : & ab inſurgentibus in me libera me.

E ripe me de operantibus iniquitatem : & de viris ſanguinum ſalva me.

G loria Patri &c. S icut erat &c.

Poſtea induat creaturam habitum Religionis: & antequàm cingat dicat Antiphonam.

I mmittat in te Dominus ſanctum Religiónis amorem: ſanctoque fervore ſuccendaris, & ardeas cœleſtium bonorum deſiderio.

Pſalmus L audate pueri Dominum cum G loria Patri. Poſtea cingat creaturam dicendo Añam.

P ræcingat Dominus te zona juſtitiæ, ut immaculata conſerves omnia mandata ſua.

Pſalmus L audate Dominum in ſanctis ejus : laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Deinde det ei candelam accenſam, & dicat:

℣. D ómine exaudi orationem meam.
℟. E t clamor meus ad te veniat.
℣. D óminus vobiſcum. ℟. E t cum ſpiritu tuo.

O ré-

Orémus.

DOmine Jeſu Chriſte, lux vera, de vero lumine: quæſumus clementiam tuam: ut per interceſſionem beatiſſimi. N. mentem parvuli hujus illumines: ut cum ad annos diſcretionis advenerit: ſancto tibi animo, corporeque deſerviat. Qui vivis, & regnas. &c. ℟. Amen.

Poſtea benedicat creaturam offerendo eam juxta Altare, ac dicendo Antiphonam.

Confirma Deus in puero vel puella, quod in eo ſive in illa operari cæpiſti: á templo ſancto tuo deducat eum Spiritus tuus bonus in terram rectam: & benedictio tua ſit ſuper eum vel eam ſemper.

Deinde reddat parentibus illum, & converſus ad circunſtantes dicat:

Bene ✠ dicat vos Divina Maieſtas Pater, ✠ Filius, ✠ & Spiritus ✠ Sanctus. ℟. Amen.

## Ad exuendum puerum poſt annum, quo portaverit habitum.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℟. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

O rémus.

DOmine ſancte, pater omnipotens, æterne Deus, á quo deſcendit omne bonum, & omne donum, tibi gratias referimus: & expleta vota reddimus: ſuſcipe vota noſtra, cum actionibus gratiarum: & intercedeute beata Maria Virgine: ſanctoque N. huic infanti de cætero præſta ſalutem mentis, & corporis: ut te creatorem recta fide colat: in te redemptorem ſpem ſuam confirmet: teque ſummum bonum ſuper omnia diligat: atque ſanctis mandatis tuis ſemper obediat. Per Chriſtum. &c. ℟. A men.

Deinde illum habitum exuendo dicat Antiphonam.

R eddite vota veſtra Deo cum actionibus ſuis.

P ſalmus L audate Dominum omnes gentes

G loria Patri &c.. Deinde ponat habitum juxta Altare, & dicat:

℣. D omine exaudi orationem meam.

℟. E t clamor meus ad te veniat.

℣. D óminus vobiſcum. ℟. E t cum ſpìritu tuo.

O rémus.

SUſcipe, ſancte Pater omnipotens, æterne Deus, vota preceſque ſupplicum: & per interceſſionem beatiſſimæ Virginis Mariæ ſanctique N. præſta nobis ita beneficia cognoſcere:

ut

ut in gratiarum ſemper actione maneamus. Per Chriſtum. &c. ℟. Amen.

Poſtea benedicat circunſtantes dicens:

Bene ✠ dicat vos Divina maieſtas Pater ✠ & Filius ✠ & Spíritus ✠ Sanctus. ℟. Amen.

## Benedíctio, & Tradítio Vexílli bellici.

Sacerdos indutus ſuperpellíceo, aut alba, ſi fuerit immediate poſt Miſſam, ſtola & Pluviali albi coloris, tenentibus miniſtris manibus vexílla complicata genuflexis, incipiat Antiphonam Benedictus Dominus Deus meus: cum eodem Pſalmo, qui eſt primus in Veſperis Sabbati, ſive cum nota, ſive ſine illa Choro proſequente, repetitaque Antíphona dicat Sacerdos:

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui cunctorum es triumphantium fortitudo, reſpice propitius ad preces humilitatis noſtræ, ut hoc vexillum, quod bellico uſui præparatum

ratum exiſtit Cæleſti ✠ benedictione ſanctifica, ut contra adverſarios, & rebelles nationes ſit validum, tuoque munimine circumſeptum, ſitque inimicis Chriſtiani populi terrible, ac intercedentibus Sanctis tuis ſolidamentum, & victoriæ certa fiducia. Tu es enim Deus, qui conteris bella, & Cæleſtis præſidii ſperantibus in te præſtas auxilium. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Orémus.

OMnipotens ſempiterne Deus, Maieſtatem tuam ſuppliciter exoramus, ut hoc præſens vexillum pro tui nominis gloria benedicere ✠ digneris: ipſumque te adjuvante, tuto, proſpere, ac feliciter valeat quocumque perduci. Per Chriſtum Dominum noſtrum,

℟. Amen.

Oremus.

DEus qui unigeniti Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti pretioſo Sanguine vivificæ Crucis vexillum ſanctificare voluiſti, benedic, ✠ & ſantifica ✠ hoc noſtrum vexillum, quod in honorem ejuſdem ſanctæ Crucis defe-rimus: ut illo mediante, de hoſtibus obtineamus glorioſum triumphum, & ad portum ſalu-

tis

tis nos pervenire concedas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

Concede quæſumus Omnipotens Deus, ut interceſſio Sanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, Santorumque omnium, ac Cæleſtium Virtutum, Angelorum, Prophetarum, Euangeliſtarum, Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum, & omnium electorum tuorum nos ubique lætificet, & adjuvet: ut qui eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Patris, ✠ & Filij: ✠ & Spiritus Sancti ✠ deſcendat, & maneat ſuper iſtud vexillum: & Angelus bonus Domini cuſtodiat ipſum, & nos ſemper. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta, & genuflexo coram eo illo, cui vexillum tradendum eſt, conſignet ſedens ei ipſum vexillum jam haſta infixum dicens:

Accipe vexillum Cœleſti benedictione ſanctificatum, ſitque inimicis populi Chriſtiani terribile, & det tibi Dominus gratiam, ut ad ipſius nomen, & honorem cum il-

lo hoſtium cuneos potenter penetres incolumis, & ſecurus.

### Benedictio domorum in Sabbato ſancto Paſchæ.

Sacerdos ſtola alba indutus, cum miniſtro deferente vas aquæ benedictæ viſitat domos fidelium: in cujus ingreſſu dicat:

℣. Pax huic domui.

℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Aſpergit domum, & omnia loca præcipua dicens Antiphonam:

Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro, alleluia: & omnes, ad quos pervenit aqua iſta ſalvi facti ſunt, & dicunt alleluia, alleluia. Pſalmus Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia ejus. Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Repetitur Antiphona Vidi aquam, poſtea

℣. Oſtende nobis Dñe miſericordiam tuam allel.

℟. Et ſalutare tuum da nobis alleluia.

℣. Dómine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

O re-

Oremus.

EXaudi nos Dómine Sancte Pater omnipotens, æterne Deus, & ſicut domos Hebræorum in exitu de Ægypto, Agni ſanguine linitas (quod Paſcha noſtrum, in quo immolatus eſt Chriſtus, figurabat) ab Angelo percutiente cuſtodiſti; ita mittere digneris Sanctum Angelum tuum de Cœlis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## Benedictio mulieris poſt partum

Poſtquam puerpera ad Eccleſiam venerit, pro incolumitate ſua Deo gratias factura, dicatur, ſi fieri poteſt, Miſſa de Purificatione B. Mariæ Virginis, qua finita, genuflectit ante Altare, & Sacerdos dicit:

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Pater noſter. ſecreto.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvam fac ancillam tuam Domine.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei Dómine auxilium de ſancto.

℟. Et de Sion tuére eam.
℣. Nihil proficiat inimicus in eâ.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui per beatæ Virginis Mariæ partum, fidelium parientium dolores in gaudium vertiſti, reſpice propitius ſuper hanc famulam tuam, ad templum ſanctum tuum, pro gratiarum actione, læſam accedentem, & præſta, ut poſt hanc vitam ejuſdem beatæ Mariæ meritis, & interceſſione ad æternæ beatitudinis gaudia, cum prole ſua pervenire mereatur. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Deinde aſpergat eam aqua benedicta dicens:

Pax & benedictio omnipotentis Dei Patris, ✠ & Filii & Spiritus Sancti deſcendat ſuper te & maneat ſemper. ℟. Amen.

## Benedictio Thalami.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui

℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

BEne ✠ dic Dómine Thalamum hunc, ut omnes habitantes in eo in tua pace conſiſtant, & in tua voluntate permaneant, & ſeneſcant, & multiplicentur in longitudine dierum, & ad regna Cœlorum perveniant. Per Chriſtum Dominum, &c. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio Vinculorum B. Mariæ Virginis.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui vincula peccatorum noſtrorum dirumpis, ut libertate filiorum gaudere valeamus, & qui ad vincula ſalutis hominem advocas dicens: Injice

pedem

pedem tuum in compedes illius, & collum tuum in torques illius, & ne acedieris vinculis ejus: hoc vinculum, quod in ſignum perpetuæ ſervitutis ad honorem Beatæ Mariæ Virginis ſervus ejus, deferre intendit, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris, & concede ei ſic devote illud gerere, ut vivendi candore caſtitatis illuſtretur, ac moriendo á vinculis peccatorum abſolutus interceſſione ejuſdem Sanctiſſimæ Matris Mariæ tecum & cum illa in regno gloriæ congaudere valeat ſine fine. Qui vivis, & regnas in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen. Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio Agminum ad bella prodeuntium.

Omnia dicuntur ut in Benedictione Peregrinorum ad loca ſancta itinerantium, ut ſupra.

Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio ad totum Exercitum ordinatum.

Dicto Adjutorium &c. ut mos eſt dicuntur preces, quæ poſt Litanias appoſitæ fuêre ſupra in Proceſſione tempore belli, ſervatis ſervandis.

Aſpergat aqua benedicta.

Bene-

## Benedictio pro Tentoriis Bellicis.

℣. Adjutorium noſtrum innomine Dómini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

TE Deum Patrem Omnipotentem ſupplici-ter exoramus pro hoc Tentorio, & habita-toribus ejus, ac rebus: ut ipſum benedice-re, ✠ & ſanctificare, ✠ ac bonis omnibus am-pliare digneris: Tribue eis Domine de rore Cœ-li abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ ſub-ſtantiam, & deſideria voti eorum ad effectum tuæ miſerationis perducas. Ad introitum ergo no-ſtrum bene✠dicere, & ſancti✠ficare digneris hoc tentorium, ſicut benedicere dignatus es do-mum Abraham, Iſaac, & Jacob, & intra locum Tentorii iſtius Angeli tuæ lucis inhabitent, ipſum-que, & milites habitatores ejus cuſtodiant. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio Enſis.

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini.

℟. Qui

℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

BEne ✠ dícere digneris, quæſumus Dómine, enſem iſtum, & hunc famulum tuum, qui eum, te inſpirante, ſuſcipere deſiderat, pietatis tuæ cuſtodia munias, & illæſum cuſtodias. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta enſem & tradat eum genuflexo illi, cui tradendus eſt dicens:

Accipe enſem in nomine Patris ✠, & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti, ut utaris eo ad defenſionem tuam, ac ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ad confuſionem inimicorum Crucis Chriſti, ac fidei Chriſtianæ, & quantum humana fragilitas permiſerit, cum eo neminem lædas, quod ipſe tibi præſtare dignetur. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivas, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

## Benedictio Armorum.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.

℣. Do-

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

BEnedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ Sancti deſcendat ſuper hæc arma, & ſuper induentem ea, quibus ad tuendam juſtitiam induatur. Rogamus te, Domine Deus, ut illum protegas, & defendas. Qui vivis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

DEus omnipotens, in cujus manu victoria plena conſiſtit, quique etiam David ad expugnandum rebellem Golîam vires mirabiles tribuiſti: clementiam tuam humili prece depoſcimus, ut hæc arma almifica pietate bene ✠ dicere digneris: & concede famulo tuo N. eadem geſtare cupienti, ut ad munimen, ac defenſionem ſanctæ Matris Eccleſiæ, pupillorum, & viduarum contra inviſibilium, & viſibilium hoſtium impugnationem, ipſis libere, & victorioſe utatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

Benedictiones ſiquæ amplius deſiderentur, in Pontificali Romano eas quære, aut aliquam ex ſupradictis congruentem neceſſitati occurrenti accommoda; hìc enìm omiſimus, quæ noſtræ juriſdictioni, & occaſionibus incompetentes.

## AD ELECTIONEM SUMMI PONTIFICIS.

Cum ab Ordinario loci nobis notificatæ fuerint preces fundendæ pro bona electione ſummi Pontificis, dicantur in Choro, vel in Eccleſia ſequentes preces flexis genibus præcinentibus Cantoribus.

### Pſalmus 66.

DEus miſereatur noſtri, & benedícat nobis: * illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Ut cognoſcamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent gentes: * quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terra dírigis..

Confiteantut tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus, : * & metuant eum omnes fines terræ.
Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Pater noſter: totum ſecreto.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Exaudi nos Deus ſalutaris noſter.
℟. Spes omnium finium terræ, & in mari longè.
℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. ℟. Miſerere nobis.
℣. Non nobis Domine non nobis.
℟. Sed nomini tuo da gloriam.
℣. Dómine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobiſcum. ℟ Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Supplici, Domine, humilitate expoſcimus, ut ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ concedat Pontíficem illum immenſa pietas, qui, & pio in nos ſtudio ſemper tibi placitus, & tuo populo pro ſalubri regímine ſit aſſiduè ad gloriam tui nominis reverendus.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Exaudiat Deus orationes, & preces noſtras.

℟. Amen.

## GRATIARUM ACTIO
### pro Electione Summi Pontificis.

*Habita notitia de electione Summi Pontificis, congregatis Fratribus in Choro, vel in Eccleſia cantetur T* e Deum laudamus. *Quo finito dicat Sacerdos ſequentes verſus.*

℣. Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu.

℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcnla.

℣. Elegit eum Dominus Sacerdotem ſibi.

℟. Ad ſacrificandum ei hoſtiam laudis.

℣. Ora pro eo Sancta Deigenitrix.
℟. Ut dignus efficiatur promiſſiontbus Chriſti.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cujus miſericordiæ non eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt thcſaurus, piiſſimæ maieſtati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam ſemper clementiam exorantes: ut qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerens, ad præmia futura diſponas.

DEus omnium fidelium Paſtor, & rector, famulum tuum N. quem Paſtorem Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, quæſumus, verbo, & exemplo, quibus præeſt, proficere, ut ad vitam una cum grege ſibi credito perveniat ſempiternam.

COncede famulum tuum N. quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtea diſcedant cum Pſalmo Laudate Dominum omnes gentes. &c.

EXOR-

# EXORCISMUS
## AD OBSESSOS A' DÆMONIO.

Sacerdos exorcizaturus divína fretus potentia examinet caute, & non facile credat aliquem obſeſſum á Dæmone, niſi nota ſigna habeat. Indutus ſuperpelliceo, ſtola violacea, in Eccleſia habens coram ſe obſeſſum ligatum aſpergat aqua benedicta, & circunſtantes; poſtea genuflexí dicantur Litaniæ ut fol. 173. uſque ad preces excluſive, & in fine dicat Antiphonam:

Ne reminiſcaris Dómine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum, neque vindictam ſumas de peccatis noſtris. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

Pſalmus 53.

DEus in nomine tuo ſalvum me fac: * & in virtute tua judica me.

Deus exaudi orationem meam: * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni inſurrexerunt adverſum me, & fortes quæſierunt animam meam: * & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce

Ecce enim Deus adjuvat me: * & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Averte mala inimicis meis: * & in veritate tua diſperde illos.

Voluntarie ſacrificabo tibi: * & confitebor nomini tuo Dómine, quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: * & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

℣. Salvum fac ſervum tuum, vel ſalvam fac ancillam tuam.

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Eſto ei Dómine turris fortitudinis.

℟. A' facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo, vel in ea.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Mitte ei Dómine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere eũ vel eam.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

Deus, cui proprium eſt miſerere ſemper, & paſcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & hunc famulum tuum, vel famulam tuam, quem, vel quam delictorum catena conſtringit

ſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat.

Oratio.

DOmine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui illum refugum tyrannum, & apoſtatam gehennæ ignibus deputaſti, quique unigenitum tuum in hunc mundum miſiſti, ut illum rugientem contineret, velociter attende, accelera, ut eripias hominem, ad imaginem, & ſimilitudinem tuam creatum á ruina, & dæmonio meridiano. Da Domine terrorem tuum ſuper beſtiam, quæ exterminat vineam tuam. Da fiduciam ſervis tuis contra nequiſſimum draconem pugnare fortiſſime, & ne contemnat ſperantes in te, & ne dicat, ſicut in Pharaone, qui jam dixit: Deum non novi, nec Iſrael dimitto. Urgeat illum dextera tua potens, diſcedere á famulo tuo. N. (vel famula tua N.) ne diutius præſumat captivum tenere, quem tu ad imaginem tuam facere dignatus es, & in Filio redemiſti. Qui tecum vivit, & regnat &c. ℟. Amen.

Deinde præcipiat Dœmoni in hunc modum.

PRæcipio tibi quicunque es ſpiritus immunde, & omnibus ſociis tuis, hunc Dei famulum vel famulam obſidentibus, ut per miſteria Incarnationis, Paſſionis, Reſurrectionis,

Aſcenſi-

Aſcenſionis Domini noſtri Jeſus Chriſti, per miſſionem Spiritus Sancti, & per Adventum ejuſdem Domini noſtri ad judicium, dicas mihi nomen tuum, diem, horam exitus tui cum aliquo ſigno; & ut mihi Dei Miniſtro, licet indigno prorſus in omnibus obedias: neque hanc creaturam Dei, vel circunſtantes, aut eorum bona ullo modo offendas.

Deinde legatur ſuper obſeſſum Euangelium, & primo ſe ſignat & obſeſſũ in fronte, ore, & pectore.

Lectio ſancti Euangelii ſecundum Lucam.

IN illo tempore: Reverſi ſunt ſeptuaginta duo cum gaudio, dicentes ad Jeſum: Domine, etiam Dæmonia ſubjiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam Satanam, ſicut fulgur de Cœlo cadentem. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit: veruntamem in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubjiciuntur. Gaudete autem quod omnia veſtra ſcripta ſunt in Cælis. ℟ Laus tibi Chriſte.

℣ Domine exaudi orationem meam.
℟ Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟ Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

OMnipotens Domine, Verbum Dei Patris, Chriſte Jeſu, Deus, & Dominus univerſæ creaturæ, qui Sanctis Apoſtolis tuis dediſti poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, qui inter cætera mirabilium tuorum præcepta, dignatus es dicere: Dæmones effugate: cujus virtute motus, tanquam fulgur de Cœlo Satanas cecidit: tuum ſanctum nomen cum timore, & tremore ſuppliciter deprecor, ut indigniſſimo mihi ſervo tuo, data venia omnium delictorum meorum, conſtantem fidem, & poteſtatem donare digneris, & hunc crudelem Dæmonem, brachii tui ſancti munitus potentia, fidenter, & ſecurus aggrediar. Per te Jeſu Chriſte, Domine Deus noſter, qui venturus es judicare vivos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde muniens ſe, & obſeſſum ſigno Crucis circumpoſita parte ſtolæ ad collum ejus, & dextera manu ſua capiti ejus impoſita, conſtanter, & magna cum fide dicat ea, quæ ſequuntur.

℣. Ecce Crucem Domini fugite partes adverſæ.
℟. Vicit Leo de tribu Juda radix David.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpititu tuo.

Oré-

O rémus

DEus, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, invoco nomen ſanctum tuum, & clementiam ſupplex expoſco, ut adverſus hunc, & omnem immundum ſpiritum, qui vexat hoc plaſma tuum, mihi auxilium donare digneris. Per eundem Dominum noſtrum &c. ℟. Amen.

Exorciſmus.

EXorcizo te immundiſſime ſpiritus, omnis incurſio adverſarii, omne phantaſma, omnis legio, in nomine Domini noſtri Jeſu ✠ Chriſti eradicare, & effugare ab hoc plaſmate Dei. Ipſe tibi ✠ imperat, qui te de ſupernis Cælorum in inferiora terræ demergi præcepit. Ipſe tibi imperat, qui mari, ventis, & tempeſtatibus imperavit. Audi ergo, & time Satana, inimice fidei, hoſtis generis humani, mortis adductor, vitæ raptor, juſtitiæ declinator, malorum radix, fomes vitiorum, ſeductor hominum, proditor gentium, incitator invidiæ, origo avaritiæ, cauſa diſcordiæ, excitator dolorum: quid ſtas, & reſiſtis, cum ſcias, Chriſtum Dominum vires tuas perdere? Illum metue, qui in Iſaac immolatus eſt, in Joſeph venundatus, in agno occiſus, in homine crucifixus, deinde inferni triumphator fuit.

Sequentes Cruces fiant in fronte obſeſſi.

Recede ergo in nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti: da locum Spiritui Sancto per hoc ſignum ✠ Crucis Jeſu Chriſti Domini noſtri, qui cum Patre, & eodem Spiritu Sancto vivit, & regnat &c. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus Conditor, & defenſor generis humani, qui hominem ad imaginem tuam formaſti, reſpice ſuper hunc famulum tuum N. (vel ſuper hanc famulam tuam N.) qui (vel quæ) dolis immundi ſpíritus appetitur, quem verus adverſarius, antiquus hoſtis terræ formídinis horrore circumvolat, & ſenſum mentis humanæ ſtupore defigit, terrore conturbat, & metu tepidi timoris exagitat. Repelle, Domine, virtutem diaboli, fallaceſque ejus inſidias amove, procul ímpius tentator aufugiat: ſit nominis ſigno ✠ *in fronte* famulus tuus munítus, & in anima tutus, & corpore (vel famula tua munita, & in anima tuta, & corpore) *Tres Cruces ſequentes fiant in pectore Dæmoniaci.* Tu pectoris ✠ hujus interna cuſtodias: Tu víſcera ✠ regas; Tu cor

✠ con-

✠ confirmes. In anima adverſatricis poteſtatis tentamenta evaneſcant. Da Domine ad hanc invocationem ſanctiſſimi nominis tui gratiam, ut qui hucuſque terrebat, territus auſugiat, & virtus abſcedat, tibique poſſit hic famulus tuus (vel famula tua) & corde firmatus, & mente ſincerus (corde firmata, & mente ſincera) debitum præbere famulatum. Per Dominum noſtrum &c. ℞. Amen.

## Exorciſmus.

ADjuro te ſerpens antique per Judicem vivorum, & mortuorum, per Factorem tuum, per Factorem mundi, per eum qui habet poteſtatem mittendi te in gehennam, ut ab hoc famulo Dei (vel ab hac famula Dei) qui vel quæ ad Eccleſiæ ſinum recurrit, cum metu, & exercitu furoris tui feſtinus diſcedas. Adjuro te iterum ✠ (*in fronte*) non mea infirmitate, ſed virtute Spiritus Sancti, ut exeas ab hoc famulo Dei vel famula Dei N. quem vel quam omnipotens Deus ad imaginem ſuam fecit. Cede non mihi, ſed Miniſtro Chriſti. Illius enim te urget poteſtas, qui te Cruci ſuæ ſubjugavit. Illius brachium contremiſce, qui devictis gemitibus inferni, animas ad lucem perduxit. Sit tibi terror corpus hominis. ✠ (*in pectore*) ſit tibi formido Imago Dei ✠ (*in fronte*)

(*in fronte*) Non reſiſtas, nec moreris diſcedere, ab homine iſto, quoniam complacuit Chriſto in homine habitare. Et ne contemnendum putes, dum me peccatorem nimis eſſe cognoſcis. Imperat tibi Deus. ✠ Impera tibi maieſtas Chriſti. ✠ Imperat tibi Deus Pater. ✠ Imperat tibi Deus Filius. ✠ Imperat tibi Deus Spiritus Sanctus. ✠ Imperat tibi Sacramentum Crucis. ✠ Imperat tibi fides Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & cæterorum ſanctorum. ✠ Imperat tibi Martyrum Sanguis. ✠ Imperat tibi continentia confeſſorum. ✠ Imperat tibi pia ſanctorum, & ſanctarum omnium interceſſio. ✠ Imperat tibi Chriſtianæ fidei myſteriorum virtus. ✠ Exi ergo tranſgreſſor. Exi ſeductor plene omni dolo, & fallacia, virtutis inimice, innocentium perſecutor. Da locum diriſſime, da locum impiiſſime, da locum Chriſto, in quo nihil inveniſti de operibus tuis, qui te ſpoliavit, qui regnum tuum deſtruxit, qui te victum ligavit, & vaſa tua deripuit, qui te projecit in tenebras exteriores, ubi tibi cum miniſtris tuis erat præparatus interitus. Sed quid truculenter reniteris? Quid temerarié detrectas? Reus es omnipotenti Deo, cujus ſtatuta tranſgreſſus es. Reus es Filio ejus Jeſu Chriſto Dómino noſtro, quem tentare auſus es, & crucifigere præſumpſiſti. Reus es humano generi, cui tuis præſuaſionibus,

mortis

mortis venenum propinaſti.

Adjuro ergo te Draco nequiſſime in nomine Agni ✠ immaculati, qui ambulavit ſuper aſpidem, & baſiliſcum, qui conculcavit leonem, & draconem, ut diſcedas ab hoc homine ✠ (*fiat in fronte*) diſcedas ab Eccleſia Dei ✠ (*fiat ſuper circumſtantes*) contremiſce, & effuge invocato nomine Domini illius, quem inferi tremunt, cui virtutes cœlôrum, & Poteſtates, & Dominationes ſubjectæ ſunt, quem Cherubim, & Seraphim indefeſſis vocibus laudant, dicentes: Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus ſabaoth. Imperat tibi Verbum ✠ caro factum. Imperat tibi natus ✠ ex Virgine. Imperat tibi Jeſus Nazarenus ✠ qui te cùm diſcipulos ejus contemneres, eliſum, atque proſtratum exîre præcepit ab homine, quo præſente, cùm te ab homine ſeparaſſet, nec porcorum gregem ingredi præſumebas. Recede ergo nunc adjuratus in nomine ✠ ejus, ab homine, quem ipſe plaſmavit. Durum eſt tibi velle reſiſtere. ✠ Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare, ✠ quia quanto tardius exis, tanto magis tibi ſupplicium creſcit, quia non homines contemnis, ſed illum, qui dominator vivorum, & mortuorum, qui venturus eſt judicare vivos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

Deus Cœli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apoſtolorum, Deus Martyrum, Deus Virginum, Deus, qui poteſtatem habes donare vitam poſt mortem, requiem poſt laborem, quia non eſt alius Deus præter te, nec eſſe poterit verus, niſi tu Creator cœli, & terræ, qui verus es Rex, & cujus regni non erit finis, humiliter maieſtati gloriæ tuæ ſupplico, ut hunc famulum tuum vel hanc famulam tuam de immundis ſpiritibus liberare digneris. Per Chriſtum &c.

℟. Amen.

Exorciſmus.

Adjuro te omnis immūdiſſime ſpiritus, omnis phantaſma, omnis incurſio Satanæ, in nomine Jeſu ✠ Chriſti Nazareni, qui poſt lavacrum Jordanis in deſertum ductus eſt, & te in tuis ſedibus vicit, ut quem ille de limo terræ ad honorem gloriæ ſuæ formavit, tu deſinas impugnare, & in homine miſerabili non humanam fragilitatem, ſed imaginem omnipotentis Dei con-

contremiſcas. Cede ergo Deo ✠ qui te, & malitiam tuã in Pharaone, & in exercitu ejus per Moyſen ſervum ſuum in abyſſum demerſit. Cede Deo ✠ qui te per fideliſſimum ſervum ſuum David de Rege Saûle ſpiritualibus canticis pulſum fugavit. Cede Deo ✠ qui te in Juda Iſchariote proditore damnavit. Ille enim te Divinis verberibus tangit in cujus conſpectu cum tuis legionibus tremens, & clamans dixiſti: Quid nobis, & tibi Jeſu Fili Dei Altiſſimi? Veniſti huc ante tempus torquere nos? Ille te perpetuis flammis urget, qui in fine temporum, dicturus eſt impiis: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt Diabolo, & Angelis ejus. Tibi enim impie, & Angelis tuis vermes erunt, qui nunquam morientur. Tibi, & Angelis tuis inextinguibile præparatur incendium,. quia tu es Princeps maledicti homicidii, tu auctor inceſtûs, tu ſacrilegiôrum caput, tu actionum peſſimarum obſcœnitatis inventor. Exi ergo ✠ impie, exi ſcelerate, exi cum omni fallacia tua, quia hominem templum ſuum eſſe voluit Deus; ſed quid diútius moraris hìc? Da honorem Deo Patri omnipotenti ✠ cui omne genuflectitur. Da locum Domino Jeſu Chriſto ✠ qui pro homine ſanguinem ſuum ſacratiſſimum fudit. Da locum Spirítui ✠ Sancto, qui te per beatum Apoſtolum ſuum Pe-

trum te manifeſte ſtravit in Simone Mago. Qui fallaciam tuam in Ananîa, & Saphîra condemnavit. Qui in Herode Rege, honorem Deo non dante, percuſſit. Qui te in Mago Elyma per Apoſtolum ſuum Paulum cæcitatis caligine perdidit, & per eundem de Pythoniſſa verbo imperans, exire præcepit. Diſcede ergo nunc ✠ diſcede ſeductor. Tibi Eremus ſedes eſt: tibi habitatio ſerpens eſt: humiliare, & proſternere. Jam non eſt differendi tempus, ecce enim Dominator Dominus proximat cito, & ignis ardebit ante ipſum & præcedet, & inflammabit in circuitu inimîcos ejus. Si enìm hominem fefelleris, Deum non poteris irridere; ille te ejicit, cujus oculis nihil occultum eſt. Ille te expellit, cujus virtuti univerſa ſubjecta ſunt. Ille te excludit, qui tibi, & Angelis tuis præparavit æternam gehennam, de cujus ore exíbat gladius acutus: qui venturus eſt judicare vivos, & mortuos, & ſæculum per ignem.
℟. Amen.

Prædicta omnia, quatenus opus fuerit repeti poſſunt, donec obſeſſus ſit omnínò liberatus.

Juvabitque præterea plurimum ſuper obſeſſum devote dicere, & ſæpe repetere Pater noſter, Ave Maria, Credo, Canticum B. Mariæ Magníficat, & Canticum Benedíctus Dominus Deus Iſrael &c. Symbolum S. Athanaſii. Quicunque vult ſalvus eſſe &c. Pſal-

Pſalmus 90. Qui habitat in adjutorio Altiſſimi.
Pſalm. 67. Exurgat Deus, & diſſipentur &c.
Pſalm. 60. Deus in adjutorium meum intende.
Pſalm. 59. Deus in in nomine tuo ſalvum me fac: & in virtute &c.
Pſalm. 117. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam &c.
Pſalm. 34. Judica Domine nocentes me.
Pſalm. 30. In te Domine ſperavi.
Pſalm. 21. Deus Deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti?
Pſalm. 3. Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me.?
Pſalm. 10. In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ.
Pſalm. 12. Uſquequo Domine obliviſceris me in finem?

## Oratio poſt liberationem.

ORamus te, Domine omnipotens, ut ſpiritus iniquitatis amplius non habeat poteſtatem in hoc famulo tuo N. (vel in hac famula N.) ſed ut fugiat, & non revertatur: ingrediatur in eum (vel in eam) Domine te jubente, bonitas, & pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem redempti ſumus, & ab omni malo non timemus, quia Dominus nobiſcum eſt. Qui vivit, & regnat. ℟. Amen.

# EXORCISMUS DOMUS à Dæmonio vexatæ.

Sacerdos indutus ſuperpelliceo, & ſtola cum aliquibus Fratribus Crucem parvam portans in manibus, accedens ad domum à Dæmonio vexatam incipit Exorciſmum in hac forma.

In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritûs Sancti Amen.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam gratiam contuliſti, ut quidquid in tuo nomine digne, perfecteque agitur ab eis, à te fieri credatur: quæſumus immenſam clementiam tuam, ut quodmodo viſitaturi ſumus, viſites, & quidquid benedicturi, benedi ✠ cas, & ad ea, quæ acturi ſumus, dexteram tuæ potentiæ extendas: ſint ad noſtræ humilitatis introitum, ſanctorum tuorum meritis, fuga Dæmonum, & Angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen. Oré-

Oremus.

DEus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apoſtolorum, Deus Martyrum, Deus Confeſſorum, Deus Virginum, & omnium bene viventium, Deus, & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, te invoco, & nomen ſanctum tuum, ac præclare maieſtatis tuæ clementiam ſupplex depoſco, ut mihi auxilium præſtare digneris adverſus nequiſſimum ſpiritum, ut ubicunque ſit, audito nomine tuo, exeat, & recedat. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Conjuratio

ADjuro te ſerpens antique per judicem vivorum, & mortuorum, per factorem mundi, qui habet poteſtatem mittere in Gehennam; ut ab hac domo feſtinus diſcedas, ipſe tibi imperat maledicte Diabole, qui ventis, ac mari, & tempeſtatibus imperavit. Ipſe tibi imperat, qui te de ſupernis Cœlorum in inferiora terræ demergi præcepit. Ipſe tibi imperat, qui te retrorſum abire præcepit. Audi ergo Satana, & victus proſtratus recede, adjuratus in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde

Deinde Sacerdos incipiat quindecim Pſalmos Graduales, ut in Breviario, ſed quinque priores cum Gloria Patri in fine cujuſcumque, aſpergẽdo aqua benedicta loca domus interim. Et his finitis dicit: Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. totum ſecreto.

℣. Et ne nos inducas iu tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

DOmum tuam, Domine, clementer ingredere, & in tuorum cordibus fidelibus perpetuam tibi conſtrue manſionem, & præſta, ut in hac domo nulla malignorum ſpirituum dominetur nequitia. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Deinde aſpergendo aqua benedicta loca domus dicuntur alii quinque Pſalmi cum Gloria Patrii, in fine cujuſcumque, & his finitis dicat: Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater noſter. totum ſecreto

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos á malo.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et

℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus aſſiſtis, totus operaris, adeſto ſupplicationibus noſtris, ut hujus domus ſis Protector, & nulla hic nequitia contrariæ poteſtatis obſiſtat, ſed virtute Spiritus Sancti, & operatione fiat tibi hic primum ſervitium, & devota libertas exiſtat. Per Chriſtũ Dominum &c. ℟. Amen.

Poſtea dicuntur alii quinque Pſalmi cum Gloria Patri in fine cujuſcumque, & interim aſpergitur tota domus aqua benedicta, & his finitis dicat: Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. totum ſecreto.

℣. Et ne inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

O re-

Oremus.

DEus, qui in omni loco dominationis tuæ cuſtos, & protector aſſiſtis, exaudi nos, quæſumus, ut inviolabilis hujus domus permaneat bene dictio, & beneficia tui muneris, univerſitas, quæ ſupplicat, mereatur. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Poſtea in principali loco domus dicat ſequens Euangelium.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Sequentia Sancti Euangelii ſecundum Lucam.
℟. Gloria tibi Dòmine.

IN illo tempore, ingreſſus Jeſus, perambulabat Jericho. Et ecce vir, nomine Zachæus, & Princeps erat Publicanorum, & ipſe dives, & quærebat videre Jeſum, quis eſſet, & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat. Et præcurrens aſcendit in arborem ſycomorum, ut videret eum, quia inde erat tranſiturus. Et cum veniſſet ad locum ſuſpiciens Jeſus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant dicentes, quod ad hominem pecca-

torem divertiſſet. Stans autem Zachæus dixit ad Dominum : Ecce dimidium bonorum meorum, Domine do pauperibus, & ſiquid aliquem defraudavi reddo quadruplum. Ait Jeſus ad eum : Quia hodie ſalus Domui huic facta eſt, eo quod & ipſe filius ſit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & ſalvum facere, quod perierat.

℟. Laus tibi Chriſte.

Deinde benedicit incenſum hoc modo dicens:

Per interceſſionem Beati Michaelis Archangeli, ſtantis a dextris Altaris incenſi, & omnium electorum ſuorum, incenſum iſtud dignetur Dominus benedicere ‡ & in odorem ſuavitatis accipere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtea ponit incenſum ſuper ignem in thuribulo, & incenſat Domum dicens:

Incenſum iſtud à te benedictum aſcendat ad te Domine, & deſcendat ſuper nos miſericordia tua.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Viſita, quæſumus Domine, habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea longé repelle, Angeli tui ſancti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Chriſtum. ℟. Amen.

Poſtea domum, & habitatores ejus benedicit: Benedictio Dei Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti deſcendat ſuper hanc domum, & omnes habitantes in ea, & maneat ſemper. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## Exorciſmus contra tempeſtatem fulgurum, & grandinis.

¶ Fiant omnia ut in fine Breviarii continetur, & fiant etiam preces ut ſupra in Proceſſione ad repellendam tempeſtatem, vel aliquæ orationes, prout devotio exigat, dici poterunt.

---

# ORDO AD COMMUNICANDUM infirmum Fratrem in articulo mortis.

Convocatis ad ſonum campanæ capituli Fratribus in locum ubi aſſervatur Sanctiſſima Euchariſtia præparet ſe Prior, ſi Sacerdotibus, Supprior ſi non Sacerdotibus miniſtraturus viaticum, indumentis Sacerdotalibus, præter caſulam, cum Pluviali tamen albi coloris, & præcedentibus Acoly-

tis cum Cruce, & cereis accenſis, campanula, vaſe aquæ benedictæ cum aſperſorio, & Fratribus cereos accenſos portantibus, Sacerdos impoſito ſibi velo ſerico albo accipit Sacramentum in Pixide, & ſub baldachino, continuo Acolyto incenſante Sacramentum itur proceſſionaliter ad infirmi cubiculum, Pſalmum Miſerere mei Deus omnibus alternatim dicentibus. Cum perventum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus Sacerdos intrans dicat:

Pax huic dómui. ℟. Et omnibus habitãtibus in eâ

Depoſito Sacramento ſuper corporale in menſa incenſat, poſtea aſpergat ægrotum, circumſtantes, & cubiculum dicendo Antiphonam: Aſperges me Domine &c. cum ℣. Miſerere mei Deus &c. cum Gloria Patri, & Sicut erat: & repetitur Antiphona Aſperges me. Tempore Paſchali dicitur Antiphona Vidi aquam &c. & Pſalmus Confitemini Domino &c. Gloria Patri: & repetitur Antiphona Vidi aquam &c. deinde

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

EXaudi nos Domine Sancte Pater Omnipotens æterne Deus, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de Cælis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum &c.

℟. Amen.

Deinde det infirmo Crucem adorandam, & oſculandam dicendo:

Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi; quia per Crucem tuam redemiſti mundum: miſerere noſtri qui paſſus es pro nobis.

Poſtea ægrotus, & omnes moroſe dicant:

Confiteor Deo &c. Quo finito Saccerdos dicat: Miſereatur tui &c. Indulgentiam &c. poſtea abſolute dicit:

Oratio.

DOminus Jeſus Chriſtus, qui dixit Diſcipulis ſuis, quæcunque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata, & in Cœlo: & quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in Cœlo: de quorum numero, quanvis indignos nos eſſe voluit: ipſe te abſolvat per miniſterium noſtrum, ab omnibus peccatis tuis quæcunque cogitatione, locutione, operatione negligenter egiſti: &

à ne-

á nexibus peccatorum abſolutum perducere dignetur ad regna Cœlorum, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Poſtea moneat ægrotum ad publicam confeſſionem catholicæ Fidei, quam tenet Sancta Romana Eccleſia, tenuereque Sancti Apoſtoli, Martyres, confeſſores, ſacrique Concilii, & Sancti Patres; ad deteſtationem etiam omnium hæreſum errorumque, quos Mater Eccleſia condemnavit. Ut poſtulet à Deo ſuorum peccatorum doloroſe veniam, & à Fratribus ſcandala, injurias &c. ſibi demitti, ſeque omnia ſimiliter illata ſibi libenter condonare, ut rogitet, moneat. Deinde Sacerdos facta genuflexione accipit Sacramentum, & illud elevatum ſuper vaſculum oſtendit infirmo dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Tunc Sacerdos, & infirmus dicunt ſemel tantũ: Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea.

Deinde dans ægroto Euchariſtiam dicat:

Accipe, frater, viaticum corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat ad vitam æternam. ℟. Amen.

Poſtea abluat Sacerdos digitos ſuper Calicem vino, & aqua, & propinet infirmo nihil dicens.

Poſt

Poſt communionem verò dicat Sacerdos.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Sanctè, Pater omnipotens, ſempiterne Deus, te fideliter deprecamur: [ut accipienti fratri noſtro Sacroſanctum corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti filii tui: tam corporis, quam animæ proſit ad remedium ſempiternum. Per eundem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

His expletis moneat Sacerdos infirmum, ut petat Extremam Unctionem: poſtea genuflectit, incenſat Sacramentum, quod ſurgens accipit, & facit cum eo ſignum Crucis ſuper infirmum, & ordine quo venerunt revertuntur illùc, alternatim recitantes Hymnum Te Deum laudamus &c. vel Pſalmum Laudate Dominum de cœlis &c. Cum perventum fuerit ad locum cantatur: Tantum ergo Sacramentum &c. interim Sacerdote incenſante illud, poſtea dicant Cantores.

℣. Panem de cœlo præſtitiſti eis.

℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

Tempore Paſchali additur: Alleluia.

Sacerdos dicit:

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

O re-

Oremus.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus; ita nos Corporis, & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Poſtea pro infirmo fiant commemorationes de B. Virgine, & de S. P. N. dum reſeratur Tabernaculo Euchariſtia, & diſcedunt.

---

## ORDO AD UNGENDUM infirmum.

Congregatis Fratribus in lócum ubi aſſervatur oleum ſanctum pro infirmis, ibi indutus Prior, vel Supprior, prout ægrotantis exigit dignitas, ſuperpelliceo, & ſtola coloris violacei, & aſſumpto olei vaſe ſerico violaceo velo cooperto progreditur proceſſionalitèr ad locum ubi jacet infirmus cereis accenſis, eo ordine ut ſupra fol. 387. recitando alternatim Pſalmum Miſerere mei Deus &c. Cum perventum fuerit ad locum intrans Sacerdos dicat:

Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitãtibus in eâ

Depoſito vaſe ſancti olei, deoſculataque ab infirmo Cruce cum Antiphona Adoramus te &c. mox aſpergat domum, circumſtantes, & ægrotum ut ſupra fol. 387. poſtea dicit Sacerdos:

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum, & terram.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

INtroeat, Domine Jeſu Chriſte, domum hanc ſub noſtræ humilitatis ingreſſu, æterna felicitas, divina proſperitas, ſerena lætitia, charitas fructuoſa, ſanitas ſempiterna: effugiat ex hoc loco acceſſus dæmonum, adſint Angeli pacis, domumque hanc deſerat omnis maligna diſcordia. Magnifica Domine ſuper nos nomen ſanctum tuum: & bene ✠ dic noſtræ converſationi: & ſanctifica noſtræ humilitatis ingreſſum, qui ſanctus & pius es, & permanes cum Patre, & Spiritu Sancto in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus, & deprecemur Oratio

DOminum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut benedicendo, bene ✠ dicat hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo, & det eis Angelum bonum cuſtodem, & faciat eos ſibi ſervire

vire ad conſiderandum mirabilia de lege ſua: avertat ab eis omnes contrarias poteſtates: eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione: ac ſanos in hoc tabernaculo cuſtodire dignetur: qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit, & regnat Deus in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

O rémus.

EXaudi nos Domine Sancte Pater Omnipotens æterne Deus, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de Cœlis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum &c. ℟. Amen.

Deinde ægrotus, ſeu alii pro eo, dicat Confiteor Deo &c. Quo dicto, omnes Sacerdotes ſtantes abſolvant eum ſimul dicendo:

Miſereatur tui omnipotens Deus, & demiſſis peccatis tuis perducat te in vitam æternam.
℟. Amen.

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.

Abſolvat eum Sacerdos, qui miniſtrat Sacramentum, plenarie dicendo.

AUctoritate Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & beatorum Apoſtolorum ejus, Petri, & Pauli, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ mihi commiſſá & tibi conceſſâ: ego te abſolvo ab omni ſententia excommunicationis maioris, vel minoris, ſi quam incurriſti: & reſtituo te unitati fidelium, & ſanctis Sacramentis Eccleſiæ.

ITem eâdem auctoritate Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: & Domini Papæ Summi Pontificis mihi in hac parte commiſſa, in quantum claves Eccleſiæ ſe extendunt (ſi iſta vice morieris) abſolvo te ab omnibus pœnis in Purgatorio debitis, propter culpas. & offenſas, quas contra Deum, & animam tuam, & proximum tuum commiſiſti. Si veró iſta vice non morieris, reſervo tibi hanc plenariam indulgentiam conceſſam á Dòmino Papa pro ultimo articulo mortis tuæ: ut in ea commiſſione præfacta indulgentia Dómini noſtri Papæ continetur. In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. ℟. Amen.

Finita abſolutione, miniſtrans effúndit parum olei in Patena, & comitatus aliquibus Sacerdotibus Unctionis miniſterio neceſſariis ad extergendum cum bombaceis globulis procedit ad lectum.

Interim Fratres dum Sacerdos ungit infirmum dicunt ſeptem Pſalmos Pœnitentiales cum Litaniis flexis genibus. Incipitur á Sacerdote, antequam effundat oleum in Patena, Antiphona

Ne reminiſcaris.

## Pſalmus 6.

DOmíne, ne in furore tuo arguas me: * neque in ira tua corripias me.

Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum: * ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde: * ſed tu Domine uſquequo?

Convertere Dómine, & eripe animam meam: * ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum: * lacrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt á furore oculus meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ: * quoniam exaudivit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam : Dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei : convertantur, & erubeſcant valde velociter.

Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper : * & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſalmus 31.

BEati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates : * & quorum tecta ſunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum : * nec eſt in ſpiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt oſſa mea : * dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata eſt ſuper me manus tua : * converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.

Delictum meum cognitum tibi feci : * & injuſtitiam meam non abſcondi.

Dixi : Confitebor adverſum me injuſtitiam meam Dño : * & tu remiſiſti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis ſanctus : * in tempore opportuno.

Verumtamen in diluvio aquarum multarum : * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum á tribulatione, quæ circundedit me: * exultatio mea erue me à circundantibus me.

Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris: * firmabo ſuper te oculos meos.

Nolite fieri ſicut equs, & mulus quibus non eſt intellectus.

In camo, & fræno maxillas eorum conſtringe: * qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: * ſperantem autem in Domino miſericordia circundabit.

Lætamini in Domino, & exultate juſti: * & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri, & Filio: * & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: * & in ſæcula ſæculorum. Amen.

## Pſalmus 37.

Domine, ne in furore tuo arguas me: * neque in ira tua corripias me.

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: * & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſanitas in carne mea á facie iræ tuæ: * non eſt pax oſſibus meis á facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: * & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me.

Putru-

Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ: * á facie inſipientiæ meæ.

Miſer factus ſum, & curvatus ſum uſque in finem: * tota die contriſtatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: * & non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: * rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne deſiderium meum: * & gemitus meus ad te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: * & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

Amici mei, & proximi mei: * adverſum me appropinquaverunt, & ſteterunt.

Et qui juxta me erant de longe ſteterunt: * & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates: * & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam ſurdus non audiebam: * & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens: * & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te Domine ſperavi: * tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi: Nequando ſupergaudeant mihi inimici mei: * & dum comoventur pedes mei ſu-

per me magna locuti ſunt.

Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: * & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati ſnnt ſuper me: * & multiplicati ſunt qui oderunt me iniqué.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi; quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Dómine Deus meus: ne diſceſſeris à me.

Intende in adjutorium meum: * Domine Deus ſalutis meæ.

Gloria Patri, & Filio: * & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: * & in ſæcula ſæculorum. Amen.

## Pſalmus 50.

MIſerere mei Deus: * ſecundum magnam miſericordiam tuam.

Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum: * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * & á peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: * & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci: * ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: * incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſopo, & mundabor: * lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: * & exultabunt oſſa humiliata.

Averte faciem tuam á peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.

Ne projicias me à facie tua: * & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: * & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: * & exultabit lingua mea juſtitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem utique: * holocauſtis non delectaberis.

Sacrifi-

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion ut ædificentur muri Jeruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes, & holocauſta: * tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Gloria Patri, & Filio: * & Spirítui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: * & in ſæcula ſæculorum. Amen.

## Pſalmus 101.

DOmine exaudi orationem meam: * & clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam á me: * in quacunque die tribulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacunque die inuocavero te: * velociter exaudi me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: * & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.

Percuſſus ſum ut fœnum, & aruit cor meum: * qui oblitus ſum comedere panem meum.

A' voce gemitus mei: * adhæſit os meum carni meæ.

Similis factus ſum pelicano ſolitudinis: * factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi: * & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Tota die exprobabant mihi inimici mei : * & qui laudabant me adverſum me jurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam : * & potum meum cum fletu miſcebam.

A' facie iræ, & indignationis tuæ : * quia elevans alliſiſti me.

Dies mei ſicut umbra declinaverunt : * & ego ſicut fœnum arui.

Tu autem Domine in æternum permanes : * & memoriale tuum in generationem, & generationem.

Tu exurgens miſereberis Sion : * quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt ſervis tuis lapides ejus : * & terræ ejus miſerebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine : * & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion : * & videbitur in gloria ſua.

Reſpexit in oratione humilium : * & non ſprevit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera : * & populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo : * Dominus de cœlo in terram aſpexit.

Ut audiret gemitus compeditorum : * ut ſolveret filios interemptorum.

Ut

Ut annuntient in Sion nomen Domini : * & laudem ejus in Jeruſalem.

In conveniendo populos in unum : * & reges, ut ſerviant Domino.

Reſpondit ei in via virtutis ſuæ : * paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio dierum meorum : * in generationem, & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundaſti : * & opera manuum tuarum ſunt cœli.

Ipſi peribunt tu autem permanes : * & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur : * tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

Filii ſervorum tuorum habitabunt : * & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.

Gloria Patri, & Filio : * & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper : * & in ſæcula ſæculorum Amen.

## Pſalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine : * Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes : * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſervaveris, Domine : * Domine

quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt :* & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo ejus :* ſperavit anima mea in Domino.

A' cuſtodia matutina uſque ad noctem :* ſperet Iſraël in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia : * & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſraël : * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri, & Filio : * & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper :* & in ſæcula ſæculorum Amen.

## Pſalmus 142.

DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua : * exaudi me in tua juſtitia.

Et non intres in judicium cum ſervo tuo : * quia non juſtificabitur in cōſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam : * humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi : * & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum

in omnibus operibus tuis: * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: * anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me Dñe: * defecit ſpiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me: * & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: * quia in te ſperavi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: * propter nomen tuum Domine vivificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: * & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: * quoniam ego ſervus tuus ſum,

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: * & in ſæcula ſæculorum Amen.

Antiphona Ne reminiſcaris Domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum; neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

LITA-

# LITANIÆ

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus. Miſerere ei.
Fili Redemptor mundi, Deus, miſerere ei.
Spiritus ſancte Deus, miſerere ei.
Sancta Trinitas unus Deus, miſerere ei.
Sancta Maria, ora pro eo.
Sancta Dei genitrix, ora,
Sancta Virgo virginum, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora.
Omnes ſancti Angeli, & Archangeli, orate pro
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines, orate.
Sancte Joannes Baptiſta, ora.
Sancte Joſeph: ora.
Omnes ſancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora pro eo.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacobe, ora.

Sancte Joannes, ora pro eo.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Phelippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Mathia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes ſancti Apoſtoli, & Euangeliſtæ, oráte.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate.
Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancti Fabiane, & Sebaſtiane, orate.
Sancti Joannes, & Paule, orate.
Sancti Coſma, & Damiane, orate.
Sancti Gervaſi, & Protaſi, orate.
Omnes ſancti Martyres, orate.
Sancte Sylveſter, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambroſi, ora.
SANCTE PATER AUGUSTINE, ora.

Sancte

Sancte Hieronyme, ora pro eo.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Omnes ſancti Pontifices, & Confeſſores, orate.
Omnes ſancti Doctores, orate pro eo.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Sacerdotes, & Levitæ, orate.
Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Cecilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anaſtaſia, ora.
Omnes ſanctæ Virgines, & Viduæ, orate.
Omnes ſancti, & ſanctæ Dei, intercedite pro eo.
Propitius eſto, parce ei Domine.
Propitius eſto, exaudi nos Domine.
Ab omni malo, libera eum Domine.
Ab omni peccato, libera eum.
Ab ira tua, libera eum.
A ſubitanea, & improviſa morte, libera.

A b inſidiis diaboli, libera eum Domine.
A b ira, & odio, & omni mala voluntate, libera.
A' ſpiritu fornicationis, libera.
A' fulgure, & tempeſtate, libera.
A' morte perpetua, libera.
P er myſterium ſanctæ Incarnationis tuæ, libera.
P er Adventum tuum, libera.
P er Nativitatem tuam, libera.
P er Baptiſmũ, & sãctum jejunium tuum, libera.
P er Crucem, & Paſſionem tuam, libera.
P er Mortem, & Sepulturam tuam, libera.
P er ſanctam Reſurrectionem tuam, libera.
P er admirabilem Aſcenſionem tuam, libera.
P er Adventum Spiritus Sancti Paracliti, libera.
I n die Judicii, libera eum Domine.
P eccatores, te rogamus audi nos.
U t ei parcas, te rogamus.
U t ei indulgeas, te rogamus.
U t ad veram pœnitentiam nos perducere dignêris, te rogamus.
U t Eccleſiam tuam ſanctam regere, & conſervare dignêris, te rogamus.
U t Domnum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſervare dignêris, te rogamus.
U t inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare dignêris, te rogamus.

Ut regibus, & Principibus Chriſtianis pacem, & veram concordiam donare digneris, te rogamus audi nos.

Ut cuncto populo Chriſtiano pacem, & veram unitatem largiri digneris, te rogamus.

Ut nosmetipſos in tuo ſancto ſervitio confortare, & conſervare digneris, te rogamus.

Ut mentes noſtras ad cœleſtia deſideria erigas, te rogamus audi nos.

Ut omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas, te rogamus.

Ut animas noſtras, fratrum, propinquorum, & benefactorum noſtrorum ab æterna damnatione eripias, te rogamus.

Ut fructus terræ dare, & conſervare digneris, te rogamus audi nos.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus.

Ut nos exaudire digneris, te rogamus.

Fili Dei, te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce ei Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere ei Domine.

Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Kyrie

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte eleiſon.

Sacerdos ſtans ante iuſirmi garabatum tenens patenam in manibus cum oleo ſancto, recitantibus aliis Pſalmos Pœnitentiales dicit:

IN nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus Sancti, ✠ extinguatur in te omnis virtus diaboli per impoſitionem manuum noſtrarum, & per invocationem omnium ſanctorum, Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, atque omnium ſimul Sanctorum. ℞. Amen.

Deinde Sacerdos intincto pollice in oleo ſancto ungat infirmum partibus ſubſcriptis, aptando proprio loco unamquanque crucem cum oleo & oratione propria in hunc modum.

## AD OCULOS CLAUSOS.

PEr iſtam ſanctam unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per viſum deliquiſti. ℞. Amen. *Sub una tantum forma ungantur ambo.* Miniſtri tergant locum unctum cum ſtuppa.

## AD AURES.

PEr iſtam ſanctam unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per auditum deliquiſti.

℟. Amen. *Sub una forma ungantur ambæ.*

## AD NARES.

PEr iſtam ſanctam unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per odoratum deliquiſti.

℟. Amen.

## AD OS.

PEr iſtam ſanctam unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per guſtum, & locutionem deliquiſti. ℟. Amen.

## AD MANUS.

PEr iſtam ſanctam unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per tactum deliquiſti.

℟. Amen. *Sub una forma ungantur ambæ.*

Advertendum eſt, quod Sacerdotibus manus non inungantur interius, ſed exterius.

## AD PEDES.

PEr iſtam ſanctam unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per tactum deliquiſti.

℟. Amen. *Sub una forma ungantur ambo.*

## AD LUMBOS.

PEr iſtam ſanctam unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dñs, quidquid per lumborum delectationem deliquiſti. ℟. Amen.

Hæc autem Unctio ad lumbos omittitur ſemper in fæminis, & etiam in viris, qui ob infirmitatem vix, aut ſine periculo moveri non poſſunt. Stuppæ, quibus Sacerdotes miniſtri loca inuncta exterſere, in aliquo vaſe mundo reponantur, ad hoc ut poſtea crementur, & cineres projiciantur in piſcinam cum medulla panis, quacum exterſere manus, & earum ablutione.

Finita Unctione, genuflectunt qui illam miniſtrârunt, uſque ad finem Pſalmorum, & Litaniarum, quibus finitis dicit Sacerdos.

Pater noſter. totum ſecretò, poſtea dicit:

℣. Et ne nos indncas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Sal-

℣. S alvum fac ſervum tuum.
℟. D eus meus ſperantem in te.
℣. M itte ei Domine auxilium de ſancto.
℟. E t de Sion tuere eum.
℣. E ſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A' facie inimici.
℣. N ihil proficiat inimicus in eo.
℟. E t filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. D omine exaudi orationem meam.
℟. E t clamor meus ad te veniat.

Poſtea ſurgens Sacerdos dicit:

℣. D ominus vobiſcum. ℟. E t cum ſpiritu tuo.

O remus.

Domine Deus, qui per Apoſtolum tuum Jacobum locutus es: infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo ſancto in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei: cura quæſumus, Redemptor noſter, gratia ſpiritus ſancti, languores iſtius infirmi, ejuſque ſana vulnera & dimitte peccata: atque dolores cunctos cordis, & corporis ab eo expelle, plenamque ei interius, exteriuſque ſanitatem miſericorditer redde: ut ope miſericordiæ tuæ reſtitutus,

tutus, ad priſtina reparetur officia. Qui cum patre, & eodem Spiritu Sancto vivis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

RESpice, quæſumus, Domine, famulum tuum. N. in infirmitate ſui corporis fatiſcentem, & animam refove, quam creaſti: ut caſtigationibus emendatus, ſe tua ſentiat medicina ſalvatum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine ſancte, pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate cuſtodis: ad invocationem nominis tui benignus aſſiſte: ut famulum tuum, ab ægritudine liberatum, & ſanitate donatum dextera tua erigas, virtute confirmes, poteſtate tuearis, atque Eccleſiæ tuæ ſanctæ cum omni deſiderata proſperitate reſtituas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

DOminus Jeſus Chriſtus apud te ſit, ut te defendat: intra te ſit, ut te reficiat; circa te ſit, ut te conſervet; ante te ſit, ut te deducat; poſt te ſit, ut te cuſtodiat; ſuper te ſit, ut

te

te benedicat. Qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

His peractis revertuntur proceſſionaliter in locum repoſitionis olei ſancti, cum Pſalmo Miſerere. &c. Crux vero relinquitur coram infirmo, niſi aliam habeat, & vas aquæ benedictæ cum aſperſorio; poſtquam autem perventum fuerit illùc, omnes genuflexi dicant pro infirmo Antiphonam Sub tuum præſidium &c. vel Sancta Maria ſuccurre miſeris &c. Qua finita dicat Sacerdos:

℣. Ora pro eo ſancta Dei genitrix.

℟. Ut dignus efficiatur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

BEatæ, & glorioſæ, ſemperque Virginis Mariæ, quæſumus Dñe, interceſſio glorioſa nos protegat, & ad vitam perducat æternam.

Oratio.

OMnipotens & miſericors Deus, qui humano generi, & ſalutis remedia, & vitæ æternæ munera contuliſti, reſpice propitius famulũ tuum infirmitate corporis laborantẽ, & animam refove, quam creaſti, ut in hora exitus illius abſque peccati macula, tibi Creatori ſuo per manus ſanctorum Angelorum repreſentari mereatur. Per Chriſtum &c. ℟. Amen.

# FORMA PUBLICANDI
## EXCOMMUNICATIONEM APOSTOLICAM, Vulgò PAULINA.

Die Dominica, populo ad Divina officia in Eccleſia congregato, legetur ſententia Excommunicationis, ſive in Pulpito, ſive in loco, quo ſtationes in Parochiis ad populum fieri ſolent. Tranſactis ſex diebus, ſi aliqua occurrat feſtivitas, vel ſequenti Dominica denuntiādi erunt excommunicationis vinculo innodati, elapſo tempore ſi inobedientes adhuc inveniantur: decurſis iterum aliis ſex diebus, ſi ſolemnitas eveniat, aut ſequenti Dominica ante Miſſam conventualem exeunt è ſacriſtia proceſſionaliter præcedente Cruce velo cooperta violaceo ut in hebdomada maiori, & manica ejuſdem coloris, ante quam eunt duo Acolyti, cum catino unus in quo tres apides, & alius cum vaſe aquæ benedictæ, ultimo Sacerdos cum Pluviali violaceo, ad Altare maius, omnes cereis ex cōmuni cerâ ſine lumine. Ubi perventum fuerit illùc, procumbentes aliquantulum orant, ut Deus avertat à fidelibus ſuis talem maledictionem. Surgentes accendant cereos, quos verſos ad terram aliquātulum habeant, dicantque ibi lugubri, & gravi tono ſequentia.

Interim pulſentur campanæ more, quo ſolent ad defunctorum ſigna pulſari., ſed incomptè.

Reſponſorium.

REvelabunt Cœli iniquitatem Judæ, & terra adverſus eum conſurget, & manifeſtum erit peccatum illius in die furoris Dñi. *Job.* 20.

* Cum eis qui dixerunt Domino meo: recede à nobis ſcientiam viarum tuarum nolumus. *Job.* 21.

℣. In diem perditionis ſervabitur, & ad diem ultionis ducetur. *Job.* 21. 30.

* Cum eis qui dixerunt Domino meo: recede à nobis ſcientiam viarum tuarum nolumus.

Revelabunt Cœli iniquitatem Judæ, & terra adverſus eum conſurget, & manifeſtum erit peccatuui illius in dic furoris Domini.

* Cum eis qui dixerunt Domino meo: recede nobis ſcientiam viarum tuarum nolumus.

Antiphona. Media vita in morte ſumus, quem quæremus adjutorem, niſi te, Deus fortis.

Pſalmus 108.

DEus laudem meum ne tacueris: * quia os peccatoris, & os doloſi ſuper me apertum eſt.

Locuti ſunt adverſum me lingua doloſa, & ſermonibus

monibus odii circumdederunt me : * & expugnaverunt me gratis.

Pro eo ut me deligerent, detrahebant mihi : * ego autem orabam.

Et poſuerunt adverſum me mala pro bonis : * & odium pro dilectione mea.

Conſtitue ſuper eum peccatorem : * diabolus ſtet á dextris ejus.

Cùm judicatur, exeat condemnatus : & oratio ejus fiat in peccatum.

Fiant dies ejus pauci : * & epiſcopatum ejus accipiat alter.

Fiant filii ejus orphani : * & uxor ejus vidua.

Nutantes transferantur filii ejus, & mendicent : * & ejiciantur de habitationibus ſuis.

Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam ejus : * & eripiant alieni labores ejus.

Non ſit illi adjutor : * nec ſit qui miſereatur pupillis ejus.

Fiant nati ejus in interitum : * in generatione una deleatur nomen ejus.

In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conſpectu Dómini : & peccatum matris ejus non deleatur.

Fiant contra Dóminum ſemper, & diſpereat de terra nomen eorum : * pro eo quod non eſt recordatus facere miſericordiam.

Et perſecutus eſt hominem inopem, & mendicum: * & compunctum corde mortificare.

Et dilexit maledictionem, & veniet ei: * & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.

Et induit maledictionem ſicut veſtimentum: * & intravit ſicut aqua in interiora ejus, & ſicut oleum in oſſibus ejus.

Fiat ei ſicut veſtimentum, quo operitur: * & ſicut zona, qua ſemper præcingitur.

Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum: * & qui loquuntur mala adverſus animam meam.

Et tu Dómine, Dómine, fac mecum propter nomen tuum: * quia ſuavis eſt miſericordia tua.

Libera me, quia egenus, & pauper ego ſum: * & cor meum conturbatum eſt intra me.

Sicut umbra cum declinat ablatus ſum: * & excuſſus ſum ſicut locuſtæ.

Genua mea infirmata ſunt à jejunio: * & caro mea immutata eſt propter oleum.

Et ego factus ſum opprobrium illis: * viderunt me, & moverunt capita ſua.

Adjuva me Dómine Deus meus: * ſalvum me fac ſecundum miſericordiam tuam.

Et ſciant, quia manus tua hæc: * & tu Domine feciſti eam.

Maledicent illi, & tu benedices: * qui inſurgũt in me

in me, confundantur: ſervus autem tuus lætabitur.

Induantur, qui detrahunt mihi, pudore: * & operiantur ſicut deploide confuſione ſua.

Confitebor Domino nimis in ore meo: * & in medio multorum laudabo eum.

Quia aſtitit á dextris pauperis: * ut ſalvam facéret à perſequentibus animam meam.

Gloria Patri, & Filio: * & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: * & in ſæcula ſæculorum Amen.

Antiphona. Media vita in morte ſumus, quem quæremus adjutorem, niſi te, Deus noſter.

Interim cantatur præcedens Pſalmus itur proceſſionaliter ad Eccleſiæ januam, per viam Acolyto ſpargente ad aera aquam benedictam, per utrumque latus ipſiuſmet Eccleſiæ: in janua, finito Pſalmo, & repetita Antiphona, tres Sacerdotes projiciant illos tres lapides per januam ad aera extra Eccleſiam, reliqui omnes projiciant cereos accenſos in terram, claudantur Eccleſiæ portæ, ſilentque campanæ: poſtea dicitur Miſſa.

## PUBLICATIO ANATHEMATIS,

& harum, & ſimilium Excommunicationum publicæ Abſolutionis forma rite invenietur in Pontificali Romano.

AB-

## ABSOLUTIO EXCOMMUNICATI jam mortui.

Si Excommunicatus ex hac vita decedens dederit ſignum contrictionis poteſt abſolvi ab habente authoritatem, ſi corpus nondum ſepultum fuerit, verberetur, abſolvatur, & in loco ſacro ſepeliatur: ſi ſepultum fuerit in loco ſacro, verberetur ſepulchrum; ſi ſepultum fuerit in loco prophano, ſi fieri poſſit, exhumetur, verberetur, & ſepeliatur. Si autem exhumari non poſſit, verberetur ſepulchrum, & in omnibus caſibus inter verberationem ſemper dicat Sacerdos Añam.

E xultabunt Domino oſſa humiliata. Cum toto Pſalmo M iſerere mei Deus &c. Quo facto abſolvatur dicendo:

A Uctoritate mihi commiſſa ego te abſolvo à vinculo excommunicationis, quam incurriſti, vel incurriſſe declaratus es, propter (*tale factum: exprimatur cauſa*) & reſtituo te communioni fidelium. In nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Deinde dicatur Pſalmus D e profundis &c. & in fine dicatur

℣. R equiem æternam dona ei Domine.

℞. E t lux perpetua luceat ei.

K yrie eleiſon. C hriſte eleiſon. K yrie eleiſon.

P ater

Pater noſter. Et ſub ſilentio finito:

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A' porta inferi.

℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DA, quæſumus Domine, famulo tuo, quem excommunicationis ſententia conſtrinxerat, refrigerii ſedem, quietis beatitudinem, & ſuperni luminis claritatem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## ABSOLUTIO EXCOMMUNICATIONIS. maioris in foro exteriori.

Quando committitur authoritas abſolvendi in forma Eccleſiæ primo obſervetur, quod abſolvendus ſatisfaciat offenſo, vel ſatisfaciendi præbeat cautionem: ſecundo juramentum præſtet de parendo mandatis Eccleſiæ. Quo facto Pœnitens genuflexus coram habente abſolvendi authorita-

tem

tem in humero virgis leviter percutiatur ab eo ſedente, dicenteq́ totum Pſalmum Miſerere &c. cum Gloria Patri &c. Poſtea ſurgens dicit:

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Pater noſter.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvum fac ſervum tuum.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A' facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Deus, cui proprium eſt miſerere ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, ut hunc famulum tuum, quem excommunicationis ſententia conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Mox ſedet, & cooperto capite dicit:

Do-

DOminus noſter Jeſus Chriſtus te abſolvat, & ego authoritate ipſius, & Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ (vel illius Superioris, qui dedit authoritatem) mihi commiſſâ abſolvo te à vinculo excommunicationis in quam incurriſti, vel incurriſſe declaratus eſt, propter (tale factum, vel cauſam) & reſtituo te communioni, & unitati fidelium, & ſanctis Sacramentis Eccleſiæ. In nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti. ℟. Amen.

## ABSOLUTIO
### Excommunicationis minoris.

EGo te abſolvo ab hoc vinculo, ſeu ſententia excommunicationis, quam incurriſti, (hìc exprimit cauſam) & reſtituo te participationi Sacramentorum. In nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti. ℟. Amen.

## ORATIO DICENDA
### A' Confeſſario antequam accedat ad Confeſſionem.

Cor mundum crea in me Deus: * & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.

Ne projicias me à facie tua: * & ſpiritum ſan-

ctum tuum ne auferas â me.

R edde mihi lætitiam ſalutaris tui: * & ſpiritu principali confirma me.

D ocebo iniquos vias tuas : * & impii ad te convertentur.

L ibera me de ſanguinibus Deus , Deus ſalutis meæ : * & exultabit lingua mea juſtitiam tuam.

O remus.

DOmine Deus omnipotens propitius eſto mihi peccatori , ut digné poſſim tibi gratias agere , qui me indignum propter tuam miſericordiam miniſtrum feciſti officii Sacerdotalis , & me exiguum , humilemque mediatorem conſtituiſti ad orandum , & intercedendum , ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum pro peccatoribus , & ad pœnitentiam revertentibus. Ideóque dominator Domine , qui omnes homines vis ſalvos fieri , & ad agnitionem veritatis venire , qui non vis mortem peccatorum , ſed ut convertantur , & vivant, ſuſcipe orationem meam, quam fundo pro famulis tuis , qui ad pœnitentiam veniunt , vel venerunt , ut des illis ſpiritum compunctionis , reſipiſcant á diaboli laqueis , quibus adſtricti tenentur , ut ad te per dignam ſatisfactionem revertantur. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. ℟. Amen.

Sacerdos etiam quodlibet miniſtraturus Sacramentum ſequenti ſe præparet oratione.

## Oratio.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris; & me, qui etiam miſericordiâ tuâ primus indigeo, clementer exaudi, & quem non electione meriti, ſed dono tuæ gratiæ, conſtituiſti hujus operis miniſtrum: da fiduciam tui muneris exequendi, atque ipſe in noſtro miniſterio, quod tuæ pietatis eſt, operare. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

## FORMA COMMUNIS Abſolutionis.

Peracta confeſſione, & impoſita' pœnitentia, ſequentem proferat abſolutionem.

Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis tuis perducat te in vitam æternam. Amen.

Indulgentiam, abſolutionem, remiſſionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & miſericors Dominus. Amen.

DOminus noſter Jeſus Chriſtus te abſolvat, & Ego auctoritate ipſius, qua fungor, abſolvo te ab omni vinculo excommunicationis, ſi quam incurriſti, inquantum poſſum, &

debeo, & tu indiges. Deinde ego te abſolvo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris ✠ & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Si Pœnitens ſit Eccleſiaſticus additur verbum: Suſpenſionis, & interdicti, poſt verbum: excommunicationis.

PAſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti, & merita Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum; & quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen. Vade in pace, & noli peccare.

## FORMA ABSOLUTIONIS quando datur Indulgentia plenaria.

Confiteor Deo. &c. Miſereatur tui. &c. Indulgentiam. &c.

EGo auctoritate Dei omnipotentis, & ſanctorum Apoſtolorum ejus Petri, & Pauli, & Sanctiſſimi D.N. Papæ N. tibi conceſſa, & mihi commiſſa. Abſolvo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris ſi quam incurriſti, & á ſententia ſuſpenſionis, vel interdicti; & reſtituo te unitati fidelium, & ſanctis Sacramentis Eccleſiæ. In nòmine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Item

ITem eadem auctoritate tibi conceſſa, & mihi commiſſa, abſolvo te ab omnibus peccatis tuis, cum plenaria Indulgentia, & remiſſione omnium peccatorum tuorum. In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

## ABSOLUTIO A' SUSPENSIONE, vel Interdicti, ſive intra, ſive extra confeſſionem Sacramentalem.

Pœnitens genuflexus dicat Confiteor Deo &c. Sacerdos Miſereatur tui &c. Indulgentiam &c.

AUctoritate mihi tradita ego te abſolvo á vinculo ſuſpenſionis, (vel interdicti,) quam vel quod propter (exprimat defectum, vel cauſam) incurriſti, vel incurriſſe declaratus es. In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & ſpiritus ✠ Sancti. Amen.

Si vero Confeſſario data eſt poteſtas deſpenſandi ſuper irregularitatem, tunc poſtquam abſolverit à peccatis, addat.

Et eadem authoritate diſpenſo tecum ſuper irregularitate ob talem (exprimat cauſam) in quam incurriſti, & habilem reddo; & reſtituo te executioni Ordinum, & Officiorum tuorum. In nomine Patris, ✠ & Filii ✠, & Spiritus ✠ Sancti Amen.

### Diſpenſatio ob defectum natalium.

EGo diſpenſo tecum ſuper illegitimatione, ſeu defectu natalium, & habilito te, ita ut in Religione noſtra Officia, & dignitates conſequi, & exercere valeas. In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

# FORMA COMMUNIS

## Abſolutionis, quæ fit in quibusdam Solemnitatibus.

Facta Confeſſione à Fratribus genuflexis, erigat ſe Prælatus, & ſedendo dicat: Miſereatur veſtri &c. Indulgentiam &c. poſtea dicat.

DOminus noſter Jeſus Chriſtus per ſuam piiſſimam miſericordiam, & ſanctiſſimam paſſionem vos abſolvat: & ego auctoritate, qua fungor, & quatenus mihi conceſſa eſt: abſolvo vos à vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, & á participatione cum excommunicatis, & á macula Apoſtaſiæ, ſi incurriſtis: & reſtituo vos ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fidelium: ſi neceſſe eſt. In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

E âdem auctoritate mihi conceſſa, in quantum poſſum, & debeo, diſpenſo vobiſcum ſuper irregularitate, ſi tenemini, & reſtituo vos ad executionem, & adminiſtrationem ſanctorum Sacramentorum Eccleſiæ, & ad alia. Ab apertis culpis, & á communibus tranſgreſſionibus regulæ, & Ordinis noſtri Dominus noſter Jeſus Chriſtus vos abſolvat: & ego auctoritate, qua fungar, abſolvo vos. In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. ℟. Amen.

Do vobis auctoritatem meam, ut unuſquiſque veſtrum poſſit ſibi eligere Confeſſorem hujus familiæ habentem auctoritatem: á quo valeat abſolvi ab omnibus peccatis ſuis: quemadmodum & à me: In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. ℟. Amen.

In Capitulo Generali dicatur: hujus noſtræ Religionis.

In Capitulo Provinciali dicatur: hujus Provinciæ.

Pro ſpeciali pœnitentia Sacerdotes dicant ſemel. Laudate Dominum omnes gentes:

Non Sacerdotes: Pater noſter, & Ave Maria.

## ABSOLUTIONIS PLENARIÆ FORMA in articulo mortis pro noſtris Corrigiatis.

Confiteor Deo. Miſereatur tui. Indulgentiam.

Dominus noſter Jeſus Chriſtus per ſuam piiſſimam miſericordiam te abſolvat: & ego authoritate ipſius, & beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Sanctiſſimi Patris, & Domini noſtri Summi Pontificis Julii ſecundi, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in hac parte tibi conceſſa, & mihi commiſſa, in quantum poſſum, & valeo, & debeo, & mihi permittitur, abſolvo te ab omni ſententia excommunicationis maioris, (vel ſuſpenſionis, & interdicti) à participatione cum excommunicatis; & reſtituo te ſacroſanctis Sacramentis Eccleſiæ, Communioni, & unitati fidelium: in nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, &c.

Item eâdem authoritate, ego abſolvo te ab omnibus peccatis tuis confeſſis, pariter & oblitis, & à pœnis omnibus tibi in Purgatorio debitis, propter culpas, & offenſas, quas contra Deum, te ipſum, & Proximum tuum commiſiſti: in nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, &c.

Et hoc, ſi hac, qua ægrotas, infirmitate moriaris, ſin autem, ſalva tibi ſit, donec fueris in mortis articulo conſtitutus: in nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritûs✠Sancti. ℟. Amen.

FOR-

# FORMA ABSOLUTIONIS, ET BENEDICTIONIS PAPALIS

Nobis in aliquibus Solemnitatibus à SS. Papa Benedicto xiij conceſſa ſolemniter populo benedictionem Papalem largiendi poteſtas.

Hora, qua Prælato videbitur, egreditur ad Altare maius Conventus, præcedente Cruce cum ceroferariis, ultimo Celebrans indutus Amictu, Alba, Stola, & Pluviali coloris feſtivitati diei congruentis cum Miniſtris, ſive Dalmaticis, ſive ſuperpelliceis, & Pluvialibus indutis ejusdem coloris. Cum perventum fuerit illuc, aſcendunt Celebrans, & Miniſtri ad Altare, in cujus medio genuflectunt, & unus ex Miuiſtris in cornu Epiſtolæ genuflexus in ſuppedaneo, reliquis interim proſtratis, cantat ſequentia.



C Onfi te or De o. Omnipo-


tenti, Be a tæ Ma ri æ ſem per Vir-
gi ni, Be a to Mic ha e li Archangelo,
Be a to Jo anni Baptiſtæ, Sanctis A-
poſto lis Pe tro, & Paulo, Be a to Pa-
tri noſtro Au guſti no, omni bus San-
ctis, & ti bi Pa ter; qui a pecca vi

nimis



ni mis co gi ta ti one, ver bo, & o-



- pe re : me a culpa, me a culpa, me a



ma xima culpa. Ide o precor



Be a tam Ma ri am ſem per Vir ginem,



Be a tum Mi cha e lem Archange lum,



Be a tum Jo annem Bapti ſtam, Sanctos



Apo ſto los Petrum, & Paulum, Be a tum



Pa trem noſtrum Auguſtinum, omnes San-



ctos, & te Pa ter, o ra re pro me



ad Domi num De um no ſtrum.

Poſtea Celebrans verſa facie per cornu Epiſtolæ abſolvit populum dicens alta voce ſine nota.

Miſereatur veſtri omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis veſtris perducat vos ad vitam æternam. ℟. Amen.

INdulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum veſtrorum tribuat vobis omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.

Deinde verſus populum, tenente Miniſtro librum, dicat eâdem voce ſequentia.

DOMINUS noſter JESUS Chriſtus per ſuam piiſſimam miſericordiam vos abſolvat, & concedat vobis Indulgentiam, & remiſſionem omnium peccatorum veſtrorum, ſicut & ego authoritate vobis conceſſa, & mihi commiſſa, pacem, & Papalem Benedictionem vobis impertior, reſtituendo vos in illo ſtatu innocentiæ, quomodo Sanctiſſimus Dominus noſter N. Papa faceret, ſi ipſemet vobis præſentibus benediceret; ipſumque Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum exoro, ut vos à peccatorum nexibus abſolutos perducere dignetur ad Regna Cœlorum, ubi cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

His finitis, verſus Altare ad Crucem, manibus poſitis ſuper [illegible] cantat ſequentia.




D einde

Deinde verſus ad populum eum benedicat, ut ſolet in Miſſis quotidiannis circulum perficiens, interim ter benedicens cantat ſequentia:



Pa ✠ ter, & Fi ✠ li us, & Spiritus ✠



Sanctus. ℟. A men.

Revertuntur in Sacriſtiam ordine quo venerunt

## BENEDICTIO CINTURÆ *ſive* CORRIGIÆ
Beatæ Deiparæ de Conſolatione, Sancti Patris noſtri Auguſtini, & Sanctæ Matris Monicæ.

℣. A djutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Q ui fecit cœlum, & terram.
℣. D omine exaudi orationem meam.
℟. E t clamor meus ad te veniat.
℣. D ominus vobiſcum. ℟. E t cum ſpiritu tuo.

O re-

Oremus.

OMnipotens, & miſericors Deus, qui peccatoribus pietatis tuæ miſericordiam quærentibus veniam, & miſericordiam tribuis, oramus clementiam tuam, ut hanc corrigiam bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris: ut omnis perſona, quæ pro peccatis ſuis præcincta fuerit, atque eam portaverit, gratam tibi continentiam, mandatorumque tuorum obedientiam ſervet, & intercedentibus beata Maria ſemper Virgine, beatoque Patre noſtro Auguſtino, atque pia Matre Monica, veniam peccatorum ſuorum obtineat, & vitam conſequatur æternam. Per Chriſtum Domiuum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

PRecamur te, Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ut hanc corrigiam in ſignum puritatis bene ✠ dicas, ad reſtringendos lumbos, & renes, & voluntatem ſub tua lege comprimendam: ut, quicunque illam devotionis ſtudio ſemper portaverit, & miſericordiam tuam imploraverit, veniam, & indulgentiam tuæ ſanctiſſimæ miſericordiæ conſequatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

Bene-

## Benedictio Coronæ ejuſdem Beatæ Virginis Mariæ, pro noſtris Corrigiatis.

His globulis, præter quotidiãnas indulgentias à Pontificibus conceſſas, Benedictus xiij. centum dies indulgentiæ pro quolibet globulo ad Corrigiatos ſuperconceſſit, & omnes etiam indulgentias Coronis ſeptem dolorum B. Virginis, & S. Birgittæ à Summis Pontificibus conceſſas adjũxit, à Prælatis tantum noſtri Ordinis benedictis.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Domine Jeſu Chriſte, qui Diſcipulos tuos orare docuiſti, ſuſcipe quæſumus, bene ✠ dicendo orationes famuli tui (*vel* famulæ tuæ) ut illius oratio à te ſemper incipiat, & per te cæpta finiatur. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta. ¶ Si plures ſint coronæ dicatur in plurali famulorum tuorum, vel famularum tuarum.

## Benedictio Roſarum B. Ritæ de Caſſia, & in ejus feſtivitate.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus creator, & conſervator generis humani, dator gratiæ ſpiritualis, & largitor humanæ ſalutis, benedictione ſancta tua bene✠dic has Roſas, quas pro gratiis exolvendis cum devotione, & veneratione Beatæ Ritæ, hodie tibi præſentamus, & petimus benedici, & infunde in eis per virtutem ſanctæ Cru✠cis benedictionem: ut quibuſcunque infirmitatibus appoſitæ fuerint, ſeu illorum, qui eas in domibus ſuis, vel locis cum devotione habuerint, aut portaverint, infirmitates ſanentur: diſcedant Diaboli, contremiſcant, & fugiant pavidi cum ſuis miniſtris de habitationibus illis, nec amplius tibi ſervientes inquietare præſumant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

O re-

## Oremus.

TRementes, & ſupplices te Domine deprecamur per magnam miſericordiam, & pietatem tuam, per amorem omnium Sanctorum, præſertim Beatiſſimæ Ritæ, ut bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris roſas iſtas, ut ſint remedium ſalutare generi humano: & præſta per invocationem tui ſanctiſſimi nominis, & Beatæ Ritæ, ut quicumque ex eis ſumpſerit, aut guſtaverit, corporis ſanitatem, & animæ tutelam ſuſcipiat. Per Chriſtũ Dñum noſtrum. ℟. Amen

## Oremus.

EXaudi nos, Deus ſalutaris noſter, ut ſicut de B. Ritæ feſtivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergat aqua benedicta.

## Benedictio Aquæ S. Guilelmi Confeſſoris.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

BEne ✠ dic Domine creaturam iſtam aquæ, & præſta per interceſſionem S. Guillelmi Confeſſoris tui, ut quicunque ex ea biberint corporis ſanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

Hic vir deſpiciens mundum, & terrena triumphans divitias Cœlo condidit ore, manu.

℣. Juſtum deduxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et oſtendit illi Regnum ſuum.

Oremus.

COncede quæſumus Omnipotens Deus, ut qui S. Guillelmi Confeſſoris tui jugiter implorant auxilium petitionum, ſuarum ſalutarem conſequantur effectum. Per Chriſtum Dóminum &c. ℟. Amen.

## Benedictio Aquæ S. Nicolai de Tolentino Confeſſoris Ordinis noſtri.

Omnia dicantur ut ſupra in Benedictione aquæ S. Guilelmi, mutato nomine, præter Antiphonam, & orationem, quæ erunt Nicolaus verus Chriſti pauper &c. & Concede quæſumus &c. ut [illegible] fol. 443.

BENE-

# BENEDICTIO PANIS
# SANCTI NICOLAI
## DE TOLENTINO.

Ad Altare maius præcedente thuribulo, & Subdiacono cum Cruce inter ceroferarios, Frares incedant bini & bini, Cantores, & Prælatus cum Pluvialibus violaceis, Diaconus & Subdiaconus cum Dalmaticis ejusdem coloris & manipulis.

Si incidat in die Dominica, prius ſit aſperſio ad populum ſine manipulis, quos reaſſumunt ad benedictionem, ad quam cantatur e Choro:

Hymnus.



T E canunt om nes Nico la e



gentes, Te pi è verſu modulantur urbes,

Voce



Vo ce te laudant pu e ri ca no ra,



Vo taque ſol vunt.

Te ferunt cæci , reſonantque muti,
Quos tua cunctos ope liberaſti,
Crura decantant ſibi reſtituta
Carmine claudi.

Eruti ſævis pelagi procellis,
Quoſque tu morbis variis gravatos
Mille ſanaſti, tua dona cuncti
Magna fatentur.

Quoſque vexatos pius expiaſti
Dæmonum dira feritate , quoſque
Conſequi rurſum veteris dediſti
Lumina vitæ.

Dive, qui Cœlo rutilas, ut aſtrum,
Mentium denſas tenebras repelle,
Cordium longam glaciem reſolve
Luce nitenti.

Laus Patri ſummo, Genitoque ſemper,
Quique procedit ſimul ex útroque

Spiritus

Spiritus Sanctus Deus unus idem
Laus tibi ſemper. Amen.

Finito hymno Subdiaconus cantat Epiſtolam in loco ſolito, poſt quam oſculatur manum Celebrantis, & cantatur à Choro ſequens Graduale.




il-




Interim cantatur præcedens Graduale Diaconus parat librum ad Euangelium (non tamen defertur Miſſale ad cornu Euangelii) miniſtrat incenſum, petit benedictionem, deſerantur luminaria, & omnia ut mos eſt, fiant. Cantatoque Euangelio defertur oſculandus liber Celebranti, qui & incenſatur à Diacono, deponunt Miniſtri manipulos, & ſtantibus in lateribus Celebrantis iſte dicit orationes, ut in Miſſali noſtri Ordinis, poſtea imponit incenſum in thuribulo, aſpergit paniculos, & incenſat: deinde retrahens ſe ad medium Altaris verſa facie ad populum diſtribuit paniculos primo Sacerdotibus, ultimo laicis, & ponant illos in aliquo panno lineo mundo, cum reverentia, & devotione. Interim quo fit diſtributio cantatur ſequens Hymnus, qui toties repetitur uſque dum diſtributio durat

## Hymnus.




Munimen domibus, navibus anchora,
Tutor Chriſticolis, & ſocius vitæ,
Omnem Nicoleos hoc perhibet cibo
Orbi munificentiam.

Hac eſca miſeris nulla ſalubrior,
Hanc peſtes fugiunt, atque pericula.

Iratis pelagi fluctibus imperat
Igniſque eſuriem premit.
Huic vexata malis pectora fidite,
Hac una antidotus nulla potentior;
Quod natura nequit, gratia conferet
Solamen patientibus.
Divini ó pietas provida Numinis!
Quæ tot Nicoleos ditat honoribus
Hoc ut Chriſticolis donet egentibus
In pane omnibus omnia.
Nobis, quos agitant bella, pericula,
Qui mundi inſidiis undique cingimur,
Sit Panis clypeus, ſitque panoplia,
Sit ſpes, auxilium, ſalus.
Sit ſacro aſſidue gloria Numini,
Hoſtis tartarei comprimat impetus,
Noſtriſque impoſito fine laboribus,
Nos ad ſidera transferat. Amen.

Finito Hymno cum diſtributione panis cantatur ſequens Antiphona.




pau-




℣. O ra pro nobis Beate Nicolae.
℟. U t digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Si fiat talis Benedictio ante Miſſam dicitur ſequens oratio.

O remus.

CONcede, quæſumus, omnipotens Deus, ut Eccleſia tua, quæ Beati Nicolai Confeſſoris tui virtutum, & miraculorum gloria coruſcat: ejus interceſſione, & meritis, perpetua

pace, atque unitate lætetur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Si autem poſt Miſſam dicatur hæc oratio.

Oremus.

POpulum tuum, Domine, quæ ſumpſimus, Sacramenta cnſtodiant: ut qui Sancti Nicolai de Tolentino jugiter implorant auxilium, petitionum ſuarum ſalutarem conſequantur effectum. Per Chriſtum Dñum noſtrum ℟. Amen.

Ubi mos eſt fieri Proceſſio per Eccleſiam, vel per Clauſtra, poſt diſtributionem paniculorum imponitur incenſum in thuribulo, & præcedit Thuriferarius cum thuribulo fumigante, poſtea Subdiaconus cum Cruce inter ceroferarios, deinde Conventus, & Cantores parati, ultimo Celebrans cum Diacono à ſiniſtris, & cantantur in ea ſequentes hymni in tono præcedentis Te canant omnes &c.

Hymnus.

Laudibus ſummis celebremus omnes
Regis æterni memoranda dona,
Mentibus lætis modulemur ejus
Grandia facta.
Qui dedit quondam fidei coruſcans
Sydus ex altis, orienſque Cœlis,

Sancta, quem mundo peperit Beatum
Monica Patrem.
Inclyte te nunc grege procreatum
Multa poſt tandem revoluta ſæcla
Contulit dignum Nicolae nobis
Ejus alumnum.
Cujus ingentes, memoreſque geſtas
Res queat nemo ſatis explicare,
Cujus excelſas, celebreſque laudes
Nemo referre.
Dive, quem Cœli Paradyſus ambit,
Dive, qui tantis meritis abundans
Perpeti fama ſuper alta victor
Aſtra triumphas.
Laus Patri ſummo, Genitoque Proli
Quique procedit Deus ex utroque
Spiritus Sanctus, Deus unus idem
Laus tibi ſemper. Amen.

## Hymnus.

Ite mærores animi dolentis
Turbidæ cordis procul ite nubes,
Nubilam mentem nova Nicolai
Stella ſerenat.
En triumphalis reddit apparatus
Hoſtis everſi, domitæque carnis

Sæculi

Sæculi victi trahit una victas
Dextera turmas.
O mne proſtratum vitium rebelle
Infremens ſpumas agit ore frœnum
Mordet, injectis patitur ligari
Colla Catenis.
M ultiplex virtus decorat triumphum
Textiles fronti glomerans coronas
Cœlitum ducunt ſpoliis onuſtos
Agmina currus.
T urba victrici reparata dextra
Confluit, carmen modulans canorum
Ipſe millenis oculatus aſtris
Plaudit Olimpus.
S it decus Patri, pariterque Nato,
Atque mannti ſimul ex utroque,
Quem prius factus ſimul & Redemptus
Orbis adorat. Amen.

Si longa ſit Proceſſionis via dicantur etiam hymni Te canunt omnes & Ad panem medicum::& repetantur utrique. In ingreſſu Eccleſiæ, vel Capellæ maioris cantatur Antiphona Nicolaus verus &c. ut ſupra, cum oratione ibi. Poſtea diſcedant ad Sacriſtiam more ſolito.

*Magna reverentia ſervabis hos panes pro neceſſitatibus Eugenio 4. approbata laudataq cuia benedictio.*

RES-

# RESPONSORIUM
# SANCTI NICOLAI
## DE TOLENTINO.

Pro quacumque neceſſitate devote, & fiducialiter ad eum accurrente deprecatio ejus patrocinium aſſequendum efficaciſſima.

Æ 

gri tu tò confu gi unt



ad Nico la i mi ra cu la, quæ perpe-



trantur ſanguine, un da ma nante, ac



pa nibus. * F e bres, do lo res fu gi unt,

peſtis


pe ſtis, & lepræ ma cu la, i gnis, pro-
cellæ, & grandines, mors, & omnis
ca la mi tas. ℣. Pice ni, om nesque ſen-
ti unt Strigum re tundi ja cu la, pel-
li Dœ monum turbines, acqui ri reſ-
que perdi tas. * Febres. ℣. Gloria Pa-

tri



tri, & Fi li o, & Spi ri tu i



San cto. * F ebres.

Poſtea dicitur Antiphona N icolaus verus &c. ſupra fol. 450. cum verſu, & oratione P opulum tuum, &c. ut ibi.

Benedictio veſtimentorum, quæ in honorem Sancti Nicolai de Tolentino a ſuis devotis geſtantur.

Dicitur hymnus T e canunt omnes, ut ſupra fol. 445. cum verſu, & oratione C oncede &c. ut fol. 451. & ſub eadem concluſione dicitur:

DOmine Jeſu Chriſte, qui pro noſtra ſalute ſuſcipiens humanitatem noſtram, te veſtimẽto carnis induere dignatus es, benedictione tua ſãcta bene ✠ dic veſtimentum iſtud, quo, ob devotionem Sancti Nicolai de Tolentino, famulus tuus, vel famula tua indui deſiderat, & infunde in eum, vel in eam, quæſumus, tuam ſan-

ctam benedictionem : ut cum primum hoc veſtimento indutus, vel induta erit, intercedente eodem beato Nicolao, deſcendat ſuper eum vel eam gratia tua, & protegat, atque defendat eum vel eam ab omni malo : ut mentis, & corporis ſanitatem conſequi mereatur. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum.

℟. Amen. Aſpergat veſtes aqua benedicta.

---

## PROCESSIO IN SOLEMNITATE

# S. P. N. AUGUSTINI

Parantur Cantores, hora qua Prælato videbitur & fit Proceſſio more ſolito in qua cantatur.

Hymnus.







Con-



Condi to ri Nos u ni re ſa ta ge,



Atque rege gre gem tu um Sum-



mum de cus Præ ſu lum.

Amatorem paupertatis
Te collaudant pauperes,
Aſſertorem veritatis
Amant veri Judices,
Frangis nobis favos mellis
De ſcripturis diſſerens.

Quæ obſcura prius erant,
Nobis plana faciens,
Tu de verbis Salvatoris
Dulcem planem conficis,
Et propinas potum vitæ
De Pſalmorum nectare.

Tu de vita Monachorum
Sanctam ſcribis Regulam,
Quam qui amant, & ſequuntur,
Viam tenent regiam:
Atque tuo ſancto ductu
Redeunt ad patriam.

Regi Regum ſalus, vita,
Decus, & imperium,
Trinitati laus, & honor
Sit per omne ſæculum,
Qui concives nos adſcribat
Supernorum civium. Amen.

Hymnus.





myſte ri um.

Eccleſiæ Sol ſplendide,
Ardore cujus igneo
Solvuntur imbres criminum
Nubes fugantur hæreſum.
Scriptis refutas Arii,
Manetis orta dogmata,
Donati, & atra ſchiſmata
Verbo potente diſſipas.
Per te ſubactis hoſtibus,
Chriſti triumphat gratia,
Et veritatis fulmine
Anguem Britannum conteris.
Quæcumque monſtra protulit
Orcus, quot inde proferet,
Libris repreſſa concident,
Quibus fides innititur.
Te jure ſolitudines
Exuberantes Monachis
Et reſtituti prædicant
Normæ priori Clerici.
Fove præcantes Trinitas
Ex Patre Verbum, Charitas:

Quos Patris ardor edidit,
Amoris auge fructibus. Amen.

Hymnus. *ſub eodem tono.*

COEli ſydus amabile,
Virtutum viridarium,
Tu Sol ſole micantior,
Et lux luce nitentior.
Tu legis Salomon novæ,
Vivæ fons ſapientiæ:
Prodes plus fidei unicus,
Omnis quam nocet hæreſis.
Tu vitæ colis arborem,
Quæ fert poma ſcientiæ:
Chriſti ſanguine conſitam
Tu ſudoribus irrigas.
O' lingua, ò calamus Dei,
Noſtris imprime cordibus:
Index in tabulis tuis,
Quidquid Spiritus exarat.
Natos æmula Virginis
Lactent ubera Monicæ,
Et Chriſti æmula filios
Patris vulnera nutriant.
Laus, & gloria Numini
Trino ſemper, & Unico,
Quod Regnum ſuper omnia
Immutabile poſſidet. Amen.

Hym-

## Hymnus.



PLau de lingua glo ri o ſum Ne-



cte ſer tum lau dibus, Vox cano-



ra texe carmen Splendidum præ co-



ni is, Et Pa ren ti gra tus hæres Plau-



dat om nis fi li : us.

Viva morum diſciplina,
Æquitatis ſemita:

Aſſe-

Aſſequendæ ſanctitatis
Lex perennis omnibus.
Inſtruendis rite ludis
Doctor unus ſufficit.
Africana gloriatur
Tanto Eremus incola:
Hic honorem dignitati
Inſulatus adjicit,
Tot ſequacibus gregatim
Unus hic vexillifer.
Vivus index Trinitatis
Buccina Orbis aurea:
Nemo ſcit, quod ipſe neſcis,
Tu magiſter omnibus:
Nominiſque ſemper ingens
Chriſtiani gloria.
Tu ſtudendi, tu ſciendi
Eſto norma tutior,
Charitatis inter ignes
Nos in unum dirige:
Æſtuanſque redde noſtris
Cor Magiſtrum cordibus.
Simus ipſi Trinitati
Victimæ myſterio,
Serviamus obſequentes
Numini ſanctiſſimo,
Ut perennibus beati
Perfruamur gaudiis. Amen.

Cum perventum fuerit ad Altare, vel antea, cantetur ſequens Antiphona.



Tunc his finitis Cantores dicunt.

℣. Ora pro nobis Beate Pater Auguſtine.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

DEus, qui abdictiora ſapientiæ tuæ arcana Beato Patri Auguſtino revelando, & Divinæ charitatis flammas in ejus corde excitando, miraculum columnæ nubis, & ignis in Eccleſia tua renovaſti: concede, ut ejus ductu, mundi vortices feliciter tranſeamus, & ad æternam promiſſionis patriam pervenire mereamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

---

# PROCESSIO CORRIGIÆ S. P. N. AUGUSTINI.

In omnibus quartis Dominicis cujusque menſis, & in Solemnitate B. V. Mariæ de Conſolatione, ubi fuerit Confraternitas Corrigiatorum. Hora competenti fiat proceſſio per clauſtrũ, vel per Eccleſiam, in qua cantantur ſequentes Hymni.

O' Glo-




Quod Eua triſtis abſtulit:
Tu reddis almo germine,
Intrent ut aſtra flebiles,
Cœli recludis cardines.

Tu Regis alti janua,
Et aula lucis fulgida,
Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptæ plaudite.

Maria mater gratiæ,
Dulcis parens clementiæ,
Tu nos ab hoſte protege,
Et mortis hora ſuſcipe.
Jeſu tibi ſit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre & almo Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Poſtea cantatur hymnus P laude lingua &c. ut fol. 463. deinde vel cantentur reliqui hymni ſupra in proceſſione Solemnitatis S. P. Auguſtini fol. 458. vel Cantica M agnificat, & Benedictus; aut Pſalmi, juxta conſuetudinem, & ad libitum Cantorum. Finita proceſſione cum pervẽtum fuerit ad Altare vel dicatur Antiphona S ancta Maria ſuccurre miſeris. ut fol. 220. vel ea omiſſa, dicantur ſequentia.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Ora pro nobis Beate Pater Auguſtine.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Laudate Dominum in Sanctis ejus.
℟. Laudate eum in firmamento virtutis ejus.

O re-

O remus.

C Oncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

C Oncede nobis, quæſumus, Omnipotens Deus, Sancti Patris noſtri Auguſtini devota commemoratione gaudere, cujus patrocinio ſalvari, te auxiliante confidimus.

A Cunctis nos quæſumus Dómine, defende periculis, & intercedentibus ſanctis omnibus Ordinis noſtri ſalutem nobis tribue mentis, & corporis: ut deſtructis adverſitatibus univerſis, ſecure ſerviamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. A men.

℣. E xaudiat Deus orationes, & preces noſtras.
℟. A men.

PRO-

# PROCESSIO TITULARIS CONVENTUS.

Congregatis in Eccleſia Fratribus ad Proceſſionem, ut mos eſt, incipiant Cantores hymnum proprium, vel è communi Titulari illi Sancto convenientem, & in fine Autiphona, & oratio propria illius dicitur. Si ſit Titularis S. P. Auguſtinus dicantur hymni ut ſupra in proceſſione in ejus feſto fol. 458. ſi verò Beatiſſimæ Virginis Mariæ ſit Dedicatio, cantentur ſequentes hymni.




Sumens illud Ave
Gabrielis ore

Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.
S olve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.
M onſtra te eſſe Matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.
V irgo ſingularis
Inter omnes mitis
Nos culpis ſolutos
Mites fac, & caſtos.
V itam præſta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Ieſum,
Semper collætemur.
S it laus Deo patri,
Summo Chriſto decus,
Spiritui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

Deinde dicitur hymnus O' Glorioſa Virginum ut fol. 467. poſt quem in ipſiusmet tono cantatur ſequens

Hym-

## Hymnus.

QUem terra, pontus, ſidera
Colunt, adorant, prædicant
Trinam regentem machinam,
Clauſtrum Mariæ bajulat.
Cui luna, ſol, & omnia
Deſerviunt per tempora,
Perfuſa cæli gratia,
Geſtant puellæ viſcera.
Beata Mater munere,
Cujus ſupernus Artifex
Mundum pugillo continens,
Ventris ſub arca clauſus eſt.
Beata cæli nuntio,
Fæcunda ſancto Spiritu,
Deſideratus Gentibus
Cujus per alvum fuſus eſt.
Jeſu, tibi ſit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Finita proceſſione dicatur Antiphona Beatæ Virginis ex ſecundis Veſperis & oratio ejuſdem feſtivitatis propria.

## PROCESSIO IN FESTO
# VISITATIONIS
## BEATÆ MARIÆ
## VIRGINIS.

Primum Reſponſorium.





appa ru it cu jus vi ta glo ri o-



ſa lucem de dit ſæ cu lo.



℣. V i ſi ta ti o nem Be a tæ Ma ri æ



Vir ginis cum gau di o celebre-



mus * P er quam ſa lus mun di.

Secundum Reſponſorium



B E a ti ſſimæ Vir-

ginis


gi nis Ma ri æ Vi ſi ta ti o nem
de vo ti ſſimè ce lebre mus * U t
i pſa pro no bis in ter ce dat ad
Do mi num Je ſum Chri ſtum.
℣. C um jucundita te Vi ſita ti o nem
be a tæ Ma ri æ Vir gi nis de vo-


ti ſſime ce le bre mus. * U t
Tertium Reſponſorium.
i pſa pro no bis.
G Lo ri o ſæ Vir gi nis
Ma ri æ Vi ſi ta ti o nem di-
gni ſſimam re co la mus. * C u jus
Do mi nus humi li ta tem reſpe xit,

quæ


quæ An gelo nun ti an te conce-
pit Salva to rem mun di.
℣. B e a tiſſimæ Vir gi nis Mari æ
Vi ſi ta ti o nem devoti ſſime ce le-
bre mus. * Cu jus Do minus.
Quartum Reſpon- ſorium
V I ſi ta ti o tu a
Dei


De i ge nitrix Vir go gau-
di um annunti a vit u niver ſo
mun do. * E x te e nim or tus
eſt Sol ju ſti ti æ Chri ſtus De us
no ſter, qui ſolvens ma le di cti o-
nem de dit bene di cti o nem, &
confun-


confun dens mor tem dona vit no-
bis vi tam ſem pi ter nam.
℣. B ene di cta tu in mu li e-
ri bus, & bene di ctus fru ctus ventris
tu i. * E x te. ℣. G lo ri a
Pa tri & Fi li o, & Spi-

ritui




Finita proceſſione dicant Cantores parati

℣. Viſitatio eſt hodie Sanctæ Mariæ Virginis.

℟. Cujus vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias.

Tunc Celebrans ſtans dicit:

Oremus.

FAmulis tuis, quæſumus Domine, cœleſtis gratiæ munus impertire: ut, quibus Beatæ Virginis partus extitit ſalutis exordium, Viſitationis ejus votiva ſolemnitas pacis tribuat incrementum. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

℣. Exaudiat Deus orationes, & preces noſtras.

℟. Amen.

# PROCESSIO IN FESTO ANGELI CUSTODIS REGNI.

In hoc Feſto (quod ſemper celebratur Dominica tertia menſis Julii) poſt Miſſam fiat proceſſio, parabuntur que in ea duo Cantores cum Pluvialibus, & cantentur ſequentia reſponſoria.

## Primum Reſponſorium,



D O mi nus De us om-



ni po tens, ſancti fi ca tor, &



cu ſtos Je ru ſa lem ci vi ta tis


ſuper næ, mit te An ge lum
tu um. * U t cuſto di at Re-
gnum, & locum i ſtum, cum om-
nibus habi tato ribus ſu is.
℣. C onver te Dó mi ne fá ci em
tu am ſu per pó pulum tu um,

&

Secuncum Reſponſorium.




mi ſe ricor di am ſu am, & forti-
tu di nem ſu am : animam me am
li be ra vit de me di o ca tu-
lo rum le o num. * Et non
Tertium Reſponſo-rium.
R E gnum, & ci vi-
ta tem i ſtam circun da Do-
mine


mi ne, & An ge li tu i cu ſto-
di ant mu ros e jus. * Exau di
po pu lum tu um, cum mi ſe ri-
cor di a. ℣. Averta tur
Do mine fu ror tu us ab hoc Regno
& civi ta te tu a. * Exau di.

Quattum

Quartum Reſponſorium.




in


in omnibus vi is no ſtris. * Et
armis tu æ po ten ti æ.
V. Glo ri a Pa tri, &
Fi li o, & Spi ri tu i
San cto. * Et ar mis tu æ po-
ten ti æ pro te ge nos.

Cum

Cum perventum fuerit ad altare dicant cantores.

℣. A ngelis ſuis Deus mandavit de te.
℟. U t coſtodiant te in omnibus viis tuis.

Surgens celebrans dicit.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui ex ineffabili providentia unicuique regno, ſingularem Angelum ad cuſtodiam deputaſti, concede, quæſumus, ut Angeli regni noſtri cuſtodis precibus, & patrociniis ab omnibus ſemper eruamur adverſis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. A men.

℣. E xaudiat Deus orationes, & preces noſtras.
℟. A men.

ANTI-

# ANTIPHONA DICENDA

immediate poſt cantatam Miſſam in diebus jejuniorum, aut cum non ſequatur Hora.






fide li um. Allelu i a.

℣. Ora pro nobis Sancta Virgo virginum.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

DEfende, quæſumus Domine, Beata Maria ſemper Virgine intercedente, iſtam ab omni adverſitate familiam: & toto corde tibi proſtratam ab hoſtium propitius tuere clementer inſidiis. Per Chriſtum Dñum noſtrum.
℟. Amen.

## SALVE REGINA, ET LITANIÆ
### Beatæ Virginis Lauretanæ in Sabbato.

In omnibus Sabbatis totius anni cantantur immediate poſt Completorium apud nos Litaniæ B. Virginis Lauretanæ ut fol. 217. & Antiphona Salve Regina. ut fol. 169. poſtea

℣. Ora pro nobis Sancta Deigenitrix.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Ora pro nobis Beate Joſeph.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Ora

℣. Ora pro nobis Beate Pater Auguſtine.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

GRatiam tuam, quæſumus Domine, mentibus noſtris infunde; ut qui Angelo nuntiante Chriſti Filii tui Incarnationem cognovimus, per Paſſionem ejus, & Crucem ad Reſurrectionis gloriam perducamur.

SAnctiſſimæ Genitricis tuæ Sponſi, quæſumus Domine, meritis adjuvemur, ut quod poſſibilitas noſtra non obtinet, ejus nobis interceſſione donetur.

COncede nobis, quæſumus, Omnipotens Deus, Sancti Patris noſtri Auguſtini devota commemoratione gaudere, cujus patrocinio ſalvari, te auxiliante confidimus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Alicubi etiam loco præcedentium orationum dicitur poſt Salve Regina ſequens.

Oremus. *Oratio.*

PIetate tua, quæſumus Domine noſtrorum ſolve vincula peccatorum, & intercedente beata Maria cum omnibus ſanctis tuis, nos famulos tuos benefactores atque loca noſtra in omni ſanctitate cuſtodi: omneſque

conſanguinitate, affinitate, atque familiaritate nobis conjunctos à vitiis purga, virtutibus illuſtra, pacem, & ſalutem nobis tribue: hoſtes viſibiles, & inviſibiles remove: carnalia deſideria repelle: aerem ſalubrem, & fertilitatem indulge: amicis, & inimicis noſtris charitatem largire: atque civitatem iſtam cum omnibus in ea habitantibus ab omni peſte, infideliumque feritate, ac potentia illæſam conſerva: & omnibus fidelibus vivis & de functis, in terra viventium vitam æternam concede: & Pontificem noſtrum N. & Regem noſtrum N. & cunctum populum Chriſtianum ab omni adverſitate cuſtodi, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Exaudiat Deus orationes, & preces noſtras.
℟. Amen.

---

# ANTIPHONÆ DICENDÆ
## in Oratione Serotina.

Quotidie apud nos in tota Religione eſt indiſpenſabilis oratio ſerotina, ad quam convenientibus Fratribus hora competenti per ſignum campanulæ, dicent ſequentes Antiphonas cum orationibus, ſive cum nota vel ſine illa ad libitum.

O' Sa-


O
Sa crum convi vi um
in quo Chri ſtus ſu mitur, reco-
li tur memo ri a pa ſſi o nis e jus,
mens imple tur gra ti a, & fu tu ræ
glo ri æ no bis pi gnus da tur.
Temp.
Paſch.
da tur, al le lu i a.

℣. Pa-

℣. Panem de cœlo præſtitiſti eis.

℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

Oremus.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus; ita nos Corporis, & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Aña.






℣. Conceptio recolitur Sanctæ Mariæ Virginis.
℟. Cujus vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias.

Oremus.

FAmulis tuis, quæſumus Domine, cœleſtis gratiæ munus impertire: ut quibus Beatæ Virginis partus extitit ſalutis exordium, pia Conceptionis ejus commemoratio, pacis tribuat incrementum. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

Aña

Aña



C Ru cem ſanctam ſu bi it qui



infer num confre git, accin ctus eſt po-



ten ti a ſur re xit di e ter ti a.

℣. Hoc ſignum Crucis erit in cœlo.
℟. Cum Dominus ad judicandum venerit.

Tempore Paſchali dicitur ſequens Antiphona.



C Ruci fi xus ſurre xit à mor tu is



& redemit nos: allelu ia allelu ia.

℣. Di-

℣. Dicite in nationibus, alleluia.

℞. Quia Dominus regnavit á ligno, alleluia.

Oremus.

DEus, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum ſubire voluiſti, ut inimici à nobis expelleres poteſtatem: concede nobis famulis tuis, ut reſurrectionis gratiam conſequamur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.

℞. Amen.

Aña.



J O ſeph fi li Da vid no li



time re accipe re Ma ri am con-



jugem tu am, quod e nim in e â na-



tum eſt de Spi ri tu San cto eſt.

℣. Ora pro nobis Beate Joſeph.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

Sanctiſſimæ Genitricis tuæ Sponſi, quæſumus Domine, meritis adjuvemur, ut quod poſſibilitas noſtra non obtinet, ejus nobis interceſſione donetur. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Alicubi etiam propter peſtis & epedimiæ pericula ob devotionem S. Sebaſtiani dicitur ſequẽs.

Aña.






℣. Ora pro nobis Beate Sebaſtiane.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

DEus, qui meritis Beatiſſimi Martyris tui Sebaſtiani peſtem, & omne mortiferum revocaſti: concede propitius: ut qui ejus cõmemorationem colimus, ab omni peſte, & tribulatione liberemur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

His orationibus finitis, per octavam horæ, aut per quadrantem orationi, vel examini conſcientiæ vacent, poſtea dicit Præſidens. Confiteor Deo, &c.

& Chorus proſequitur uſque ad finem, deinde dicat Præſidens:

Miſereatur veſtri omnipotens Deus, & demiſſis peccatis veſtris, perducat vos ad vitam æternam. ℟. Amen.

Indulgentiam, (ſignans ſe) abſolutionem, & remiſſionem peccatorum noſtrorum tribuat nobis omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.

Deinde ſurgens dicit:

Oremus pro benefactoribus noſtris vivis, atque defunctis. Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam æternam. ℟. Amen.

Tunc Cantor primus incipit Pſalmum, quem Chorus alternatim proſequitur.

Pſalmus 122.

Ad te levavi oculos meos: * qui habitas in cœlis, &c.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon.

Præſidens dicit: Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos á malo.

℣. Salvos fac ſervos tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Dómine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

 Ore-

Oremus.

DEus omnium fidelium Paſtor, & Rector, famulum tuum N. quem paſtorem Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propitius reſpice; da ei, quæſumus, verbo, & exemplo, quibus præeſt proficere, ut ad vitam una cum grege ſibi credito perveniat ſempiternam.

ET famulos tuos Regem noſtrum N. Cardinalem Protectorem, Vicarium Generalem (ſi Præſidens eſt Vicarius Genealis, omiſſis verbis, Vicarium Generalem, dicat: me indignum ſervum tuum) Congregationem iſtam cum tota Auguſtiniana familia ab omni adverſitate cuſtodi: ſalutem, & pacem tuam noſtris cōcede temporibus; & ab Eccleſia tua cunctam repelle nequitiam: & gentes paganorum, & hæreticorum, quæ in ſua feritate ac perverſitate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur, & captivos Chriſtianos, qui in Saracenorum poteſtate detinentur, tua miſericordia liberare, & fructus terræ dare, & conſevare digneris; atque navigantibus portum ſalutis indulge.

PRætende, Dòmine, famulis, & famulabus tuis dexteram cœleſtis auxilii: ut te toto corde perquirant: & quæ digne poſtulant, conſequi mereantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Can-

Cantor ſecundus dicit:

Pſalmus 129.

De profundis clamavi ad te Domine, &c.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A' porta inferi.

℟. Erue, Domine, animas eorum.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ congregationis fratres, ſoróres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſemper virgine intercedente cum omnibus ſanctis tuis; ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

FIdelium Deus omnium conditor, & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatotum: ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Re-

℣. Requiem æternam dona eis, Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde facit aſperſionem aquæ benedictæ dicendo Aſperges me &c. vel Vidi aquam ſecundùm temporis varietatem; poſtea rediens ad locũ dicit proſequente Choro Antiphonam Salve Regina &c. qua finita dicit Kalendarius:

℣. Ora pro nobis ſancta Dei gènitrix.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Mox Prælatus dicit:

Oremus.

BEatæ, & glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, quæſumus Domine interceſſio glorioſa nos protegat, & ad vitam perducat æternàm.

COncede nobis, quæſumus, Omnipotens Deus, Sancti Patris noſtri Auguſtini devota commemoratione gaudere, cujus patrocinio ſalvari, te auxiliante confidimus.

EXaudi nos Domine Sancte Pate omnipotens æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Completis orationibus, & paratis Religioſis, pro diſciplina intonat Prælatus, & Chorus alternatim

natim proſequitur Pſalmum Miſerere, quod in Feria quinta maiori duplicabitur, & in Feria ſexta Paraſceves triplicabitur. Finitoque Pſalmo cum Gloria Patri, &c. dicat etiam Præſidens. alternatim cum Choro.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem. ℟. Mortem autem Crucis.

℣. Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis.

℟. Neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis.

℣. Ora pro nobis Sancta Deigenitrix.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Ora pro nobis Beate Joſeph.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Ora pro nobis Beate Pater Auguſtine.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

REſpice, quæſumus Domine, ſuper hanc familiam tuam, pro qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus non dubitavit manibus tradi nocentium, & Crucis ſubire tormentum.

Deus

DEus, qui culpa offenderis pœnitentia placaris, preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

FAmulorum tuorum, quæſumus Domine, delictis ignoſce, ut qui tibi placere de actibus noſtris non valemus, genitricis Filii tui Domini noſtri interceſſione ſalvemur.

SAnctiſſimæ Genitricis tuæ Sponſi, quæſumus Domine, meritis adjuvemur, ut quod poſſibilitas noſtra non obtinet, ejus nobis interceſſione donetur.

COncede nobis, quæſumus, Omnipotens Deus, Sancti Patris noſtri Auguſtini devota commemoratione gaudere, cujus patrocinio ſalvari, te auxiliante confidimus.

FIdelium Deus omnium conditor, & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Feria quarta, quinta, & ſexta maioris hedomadæ facto examine conſcientiæ, dictiſque Confiteor Deo &c. Misereatur veſtri &c. Indulgentiam &c. in ſilentio aſpergat Fratres, & poſt diſciplinam cum Pſalmo Miſerere &c. ſine Gloria

Patri ſed dicta tantummodo Antiphona Chriſtus factus eſt pro nobis &c. ut in matutino, dicat illius orationem Reſpice quæſumus Domine &c. Finita diſciplina, Præſidens ſtatim dicat: Noctem quietam, & finem peerfectum concedat nobis Dominus omnipotens, ℟. Amen.

Terra, & Præſidentis cingulo ab omnibus oſculato, ſinguli ad ſuas cellas cum ſilentio ſe conferant, ſi Præſidens eſt Prior, aut Vicarius Generalis juxta morem à limine fundationis.

## PRECES DICENDÆ ANTE, ET POST orationem mentalem.

Congregatis omnibus ad orationem mentalem hora, & loco conſueto incipiat Præſidens Antiphonam ſequentem: & Chorus proſequitur.

Veni ſancte Spiritus, & reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in nobis ignem accende.

Deinde Kalendarius dicit verſus ſequentes & Chorus reſpondet:

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renovabis faciem terræ.
℣. Ora pro nobis ſancta Dei gènitrix.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Ora pro nobis Beate Joſeph.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Ora

℣. Ora pro nobis Beate Pater Auguſtine.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spititus obumbratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

SAnctiſſimæ Genitricis tuæ Sponſi, quæſumus Domine, meritis adjuvemur, ut quod poſſibilitas noſtra non obtinet, ejus nobis interceſſione donetur.

COncede nobis, quæſumus, Omnipotens Deus, Sancti Patris noſtri Auguſtini devota commemoratione gaudere, cujus patrocinio ſalvari, te auxiliante confidimus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Finitis oratonibus, legitur materia orationi apta juxta celebritatem diei, & finito periodo dicat Præſidens

℣. Tu autem Domine miſerere nobis.
℟. Deo gratias.

Et in fine dicat Præſidens Antiphonam ſequẽtem proſequente Choro:

Sub tuum præſidium confugimus Sancta Deigenitrix, noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibns, ſed à periculis cunctis libera nos ſemper, Virgo glorioſa, & benedicta.

℣. Ora pro nobis Sancta Deigenitrix.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

Defende, quæſumus Domine, Beata Maria ſemper Virgine intercedente, iſtam ab omni adverſitate familiam: & toto corde tibi proſtratam ab hoſtium propitius tuere clementer inſidiis. Per Chriſtum Dñum noſtrum.

℟. Amen.

## EXAMEN CONSCIENTIÆ quotidie faciẽdum poſt Conventualem Miſſam cantatam.

Finita Antiphona Ave Regina cœlorum: ut fol. 489. quæ dicitur poſt Miſſam conventualem cantatam, quando non ſequitur Hora, & in diebus jejuniorum, permanebunt Religioſi genuflexi per octavam horæ partem examen conſcientiæ facientes, quo finito dicat Præſes Antiphonam ſequentem, & Chorus proſequitur.

O' quam

O' quam ſuavis eſt, Domine, Spiritus tuus, qui ut dulcedinem tuam in filios demonſtrares, pane ſuaviſſimo de cœlo præſtito, eſurientes reples bonis faſtidioſos divites dimittens inanes.

Tempore Paſchali additur Alleluia.

℣. Panem de cœlo præſtitiſti eis.

℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

Oremus.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus; ita nos Corporis, & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

## PRECES DICENDÆ dum exeunt á Choro.

Cum Fratres é Choro egrediuntur, ſi non tendunt ad Refectorium; Præſidens intonat, utroq; Choro alternatim proſequente, Pſalmum 66. Deus miſereatur noſtri &c. & in fine Gloria Patri, & Filio, &c. poſtea Hebdomadarius, reſpondente Choro, dicit ſequentes verſus.

℣. Salvos fac ſervos tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Do-

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRætende, Dòmine, famulis, & famulabus tuis dexteram cœleſtis auxilii: ut te toto corde perquirant: & quæ digné poſtulant, conſequi mereantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Quando vero tendunt ad refectorium Præſidens incipit proſequente alternatim Choro Pſalmum De profundis &c. & in fine Requiem æternam &c. poſtea Hebdomadarius dicat:

℣. A' porta inferi. ℟. Erue Dñe animas eorum.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FIdelium Deus omnium conditor, & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Re-

℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

## PRECES DICENDÆ POST MENSAM.

Ante prandium dicto ab Hebdomadario Benedicite, & reſponſo ab omnibus Benedicite dicat verſum Oculi omnium, & alii proſequantur In te ſperant Domine &c. vel alios verſus juxta varietatem temporum, pro ut in Breviario continentur, & dicto Gloria Patri. Kyrie eleiſon. & Pater noſter. ſecreto dicat verſum Et ne nos inducas &c. ℟. Sed libera &c. dicat: Oremus Benedic Domine &c. Deinde lector Jube Domne benedicere Hebdomadarius Menſæ cœleſtis participes &c. In diebus vero jejuniorum, & in cœna dicitur Ad cœnam vitæ æternæ &c.

In collatione autem nulla præmittitur benedictio, ſed lector ad Præſidentis ſignum dicit Jube Domne benedicere, & Hebdomadarius reſpondet Divinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. Reſponſoque ab omnibus Amen, & ſecundo ſigno dato dicat lector Benedicite. Et Hebdomadarius benedicendo menſam ſubjungit: Largitor omnium bonorum benedicat collationem ſervorum ſuorum. Et poſt prandium, cœnam & col-

lationem dicto à lectore T u autem Domine miſerere nobis. & reſponſo ab omnibus D eo gratias, & actis de more gratiis pro ut in Breviario, & in collatione dicto ab Hebdomadario:

S it nomen Domini benedictnm. ℟. E x hoc nuuc, & uſque inſæculum. dicat abſolute orationem: R etribuere dignare Domine &c. in fine ℣. B enedicamus Domino. ℟. D eo gratias.

℣. F idelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. A men. Ultimo Prior, vel Hebdomadarius dicat D eus det nobis ſuam pacem. ℟. A men.

In Eccleſia, vel Oratorio, omnibus genuflexi dicat Præſidens ſequentes Antiphonas, & Convẽtus proſequatur:

O' Sacrum convivium, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis ejus, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Temp. Paſch. Alleluia.

O remus.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus; ita nos Corporis. & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari; ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſœculorum. ℟. A men.

Aña.

Aña. Conceptio tua Deigenitrix virgo gaudium annuntiavit univerſo mundo; ex te enim ortus eſt ſol juſtitiæ Chriſtus Deus noſter, qui ſolvens maledictionem dedit benedictionem, & confundens mortem donavit nobis vitam ſempiternam.

℣. Conceptio recolitur Sanctæ Mariæ Virginis.

℟. Cujus vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias.

Oremus.

FAmulis tuis, quæſumus Domine, cœleſtis gratiæ munus impertire: ut quibus Beatæ Virginis partus extitit ſalutis exordium, pia Conceptionis ejus commemoratio, pacis tribuat incrementum. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Tunc Præſidens dicit:

Memento mei Deus, quia ventus eſt vita mea:

℟. Nec aſpiciat me viſus hominis.

℣. De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.

℟. Nec aſpiciat me viſus hominum.

℣. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

℟. Nec aſpiciat me viſus hominis.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Præſidens dicit Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos á malo.

℣. A' porta inferi. ℟. E rue Dñe animas eorum.
℣. R equieſcant in pace. ℟. A men.
℣. D omine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. E t cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FIdelium Deus omnium conditor, & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.
℣. R equiem æternam dona eis Domine.
℟. E t lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. A men.

Sabbato ſancto loco Antiphonæ S alve Regina, quæ apud nos omnibus Sabbatis totius anni dicitur, cantatur R egina cœli lætare &c. ut fol. 167. cum oratione ut ibi. In Feſtivitatibus B. Virginis Mariæ poſt Litanias cantetur Antiphona S ub tuum præſidium &c. ut fol. 219. cum verſu O ra pro nobis &c. oratione C oncede nos famulos. &c.

# BENEDICTIO CONVENTUS IN DIE CIRCUMCISIONIS.

Hora competenti Sacerdos indutus amictu, ſuperpelliceo, ſtola, & Pluviali violacei coloris, præcedente Cruce cum Ceroferariis, & Accolyto deferente vas aquæ benedictæ, in Sacriſtia benedictionem incipiat dicendo:

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.

Cantores ſtatim incipiant:

Pſalmus 131.

MEmento Domine David, * & omnis manſuetudinis ejus.

Sicut juravit Domino: * votum vovit Deo Jacob.

Si introiero in tabernaculum domus meæ: * ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.

Si dedero ſomnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis donec inveniam locum Domino: * tabernaculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in Ephrata: * invenimus eam in campis ſylvæ.

Introibimus in tabernaculum ejus: * adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus.

Surge Domine in requiem tuam: * tu, & arca ſanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur juſtitiam: * & ſancti tui exultent.

Propter David ſervum tuum: * non avertas faciem Chriſti tui.

Juravit Dominus David veritatem, & non fruſtrabitur eam: * de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Si cuſtodierint filii tui teſtamentum meum: & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos.

Et filii eorum uſque in ſæculum: * ſedebunt ſuper ſedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion: * elegit eam in habitationem ſibi.

Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: * hic habitabo, quoniam elegi eam.

Viduam ejus benedicens benedicam: * pauperes ejus ſaturabo panibus.

Sacerdotes ejus induam ſalutari: * & ſancti ejus exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu David: * paravi lucernam Chriſto meo.

Inimicos ejus induam confuſione: * ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.

Gloria Patri &c.

Dum Pſalmus recitatur, Sacerdos primo ſe ipſum, deinde Sacriſtiam in medio ſcilicet, á dextris, & á ſiniſtris aſpergat dicendo:

Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, lavabis me, & ſuper nivem dealbabor, Pſalmus. Miſerere mei Deus: * ſecundum magnam miſericordiam tuam. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum Amen.

Repetitur Antiphona Aſperges me &c. Et ſimiliter facit in ſingulis aliis locis, & ſi aliquid invenerit clauſum, ter aſpergat illud oſtium. Finito Pſalmo, Cantores intonant proſequente Choro Antiphonam.

Domum iſtam protege Domine, & Angeli tui ſancti cuſtodiant muros ejus.

Cantores dicant:

℣. Domine dilexi decorem domus tuæ.

℟. Et locum habitationis gloriæ tuæ.

Oremus.

Omnipotens, & miſericors Deus, qui Sacerdotum miniſterio ad tibi ſerviendum, & ſupplicandum uti dignaris, quæſumus immenſam clementiam tuam, ut quidquid modo viſitamus, viſites; & quidquid bene ✠ dicimus, bene ✠ dicas, ſitque ad noſtræ humilitatis introi-

tum

tum, ſanctorum meritis, fuga dæmonum, & Angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Poſtea proceditur ad Dormitorium, cujus omnes Cellæ aperiantur, & interim Cantores proſequente Choro intonant.

### Pſalm. 120.

LEvavi oculos meos in montes: * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino, * qui fecit Cœlum, & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: * neque dormitet, qui cuſtodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormeit: * qui cuſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua: * ſuper manum dexteram tuam.

Per diem Sol non uret te: * neque Luna per noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo: * cuſtodiat animam tuam Dóminus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum, * ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Cantores intonant proſequente Choro Añam

Salva nos Domine vigilantes, cuſtodi nos dormientes,

entes, ut vigilemus cum Chriſto, & requieſcamus in pace.

℣. In pace in idipſum.

℟. Dormiam & requieſcam.

Oremus.

BEne ✠ dic Domine hoc dormitorium famulorum tuorum, qui non dormis, neque dormitas cuſtodiens Iſrael, & famulos tuos in hoc dormitorio poſt laborem quieſcentes cuſtoſtodi ab illuſionibus phantaſmaticis Satanæ, ut vigilantes in præceptis tuis meditentur, & dormientes te per ſoporem ſentiant, & hic, & ubique defenſionis tuæ muniantur auxilio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde proceditur ad infirmariam, ſi detur, & dicitur ſequens

Pſalmus 6.

DOmine ne in furore tuo arguas me: * neque in ira tua corripias me.

Miſerere mei, Domine, quoniam infirmus ſum: * ſana me, Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde: * ſed tu Domine uſquequo?

Convertere Dñe, & eripe animam meam: * ſalvum

vum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingula noctes lectum meum, * lacrymis mei ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt á furore oculus meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: * Dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur, & erubeſcant valde velociter.

Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio. &c.

Cantores intonant proſequente Choro ſequentem Antiphonam.

Aſpice Domine de ſede ſancta tua, & cogita de nobis, inclina Deus noſter aurem tuam, & audi, aperi oculos tuos, & vide tribulationem noſtram.

Cantores dicunt:

℣. Miſerere mei Dñe, quoniam infirmus ſum.

℟. Sana me Domine; quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

O re-

## Oremus.

OMnipotens, & miſericors Deus, quæſumus immenſam pietatem tuam, ut ad intuitum humilitatis noſtræ hunc locum infirmariæ, & hunc famulum tuum, (vel famulos hos tuos) in ea ægrotantem (vel ægrotantes) ſi adſint infirmi. ſalutifere viſitare digneris, ſicut viſitaſti Tobiam, & ſocrum Petri, puerumque Centurionis, ut infirmi hic commorantes priſtina ſanitate animæ corporiſque recepta, gratiarum tibi in Eccleſia tua referant actiones. Per Chriſtum Dñum noſtrum. ℟ Amen.

Poſtea proceditur ad Veſtiarium, & dicitur.

## Pſalmus 132.

ECce quam bonum, & quam jucundum, * habitare fratres in unum.

Sicut unguentum in capite: * quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.

Quod deſcendit in oram veſtimenti ejus: * ſicut ros Hermon, quod deſcendit in montem Sion.

Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, * & vitam uſque in ſæculum.

Gloria Patri, & Filio, &c. Sicut erat. &c.

Cantores intonant Antiphonam.

Diviſerunt ſibi veſtimenta mea & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Cantores dicunt :

℣. I nduit me Dominus veſtimentis ſalutis.

℟. E t indumento juſtitiæ circumdedit me.

O remus.

IMmenſam clementiam tuam, Omnipotens æterne Deus humiliter imploramus, ut hæc veſtimenta, quæ Sancti Patres noſtri ad pœnitentiæ, & humilitatis iindicium abrenunciantes ſæculo geſtare ſanxerunt, ingenti benedictione puri✠ficare, bene✠dicere, & ſancti✠ficare digneris, ut qui illa geſtaverit ab omnibus malignorum ſpirituum tentationibus munitus ſemper exiſtat, & cum veſte candida ante Tribunal Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti Filii tui glorificatus in die judicii valeat apparere. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. A men.

Mox proceditur ad Refectorium, & dicitur:

Pſalmus 127.

BEati omnes, qui timent Dominum, * qui ambulant in viis ejus.

L abores manuum tuarum quia manducabis: * beatus es, & bene tibi erit.

U xor tua ſicut vitis abundans, * in lateribus domus tuæ.

F ilii tui ſicut novellæ olivarum, * in circuitu menſæ tuæ.

E cce ſic benedicetur homo, * qui timet Dominum.

B enedicat tibi Dominus ex Sion: * & videas bona Jeruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

E t videas filios filiorum tuorum, * pacem ſuper Iſrael.

G loria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

S icut erat in principio. &c.

Cantores intonant proſequente Choro ſequentem Antiphonam.

O culi omnium in te ſperant Domine, & tu das illis eſcam in tempore opportuno, aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Cantores dicant:

℣. E dent pauperes, & ſaturabuntur.

℟. E t laudabunt Dominum qui requirunt eum.

O remus.

O Mnipotens, & miſericors Deus, qui famulos tuos in hac domo refectione corporali ſubſtentas, præſta quæſumus, ut cibum, & potum te bene ✠ dicente cum gratiarum actione percipiant, & hic, & in æternum per te ſalvi eſſe mereantur. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. A men.

Poſtea proceditur ad Coquinam, & Cantores intonant ſequentem

## Pſalm. 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: * in loco paſcuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: * animam meam convertit.

Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ, * propter nomen ſuum.

Nam, & ſi ambulavero in medio umbræ mortis non timebo mala: * quoniam tu mecum eſt.

Virga tua, & baculus tuus, * ipſa me conſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam, * adverſus eos, qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians, quam præclarus eſt!

Et miſericordia tua ſubſequetur me, * omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in domo Domini, * in longitudinem dierum.

Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & ſemper: * & in ſæcula ſæculorum Amen.

Cantores intonant Antiphonam.

In loco paſcuæ ibi me collocavit.

Cantores dicunt:

℣. Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.

℟. Qui habitare facis unanimes in domo.

Ore-

O remus.

DOmine Deus Omnipotens, qui das eſcam omni carni, & imples omne animal benedictione, te ſupplices exoramus, ut habitaculum iſtius officinæ, & omnia dona, quæ de tua largitate ſumus ſumpturi illa bene✠dictione perfundas, quæ per manus Eliſei Prophetæ in olla Eremitica guſtus amariſſimos dulcoraſti, ut tuæ benedictionis copia redundante, laudes tibi ſemper referant ſervi tui. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde proceditur ad Cellarium, Cantores intonant ſequentem Pſalmum.

Pſalmus 4.

CUm invocarem exaudivit me Deus juſtitiæ meæ: * in tribulatione dilataſti mihi.

Miſerere mei: * & exaudi orationem meam.

Filii hominum uſquequo gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium.

Et ſcitote quoniam mirificavit Dominus Sanctum ſuum: * Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.

Iraſcimini, & nolite peccare: * quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.

Sacrificate ſacrificium juſtitiæ, & ſperate in Domino

mino * multi dicunt, quis oſtendit nobis bona?
Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui. Dòmine: * dediſti lætitiam in corde meo.
A' fructu frumenti, vini, & olei ſui: multiplicati ſunt.
In pace in idipſum: * dormiam, & requieſcam.
Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe: * conſtituiſti me.
Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio,, & nunc, ſemper: & in ſæcula ſæculorum Amen.

Cantores intonant Antiphonam.

Ecce mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini in eis, dicit Dominus, ideoq́ exultate, & lætamini in Domino Deo veſtro.

Cantores dicunt:

℣. Emitte Domine benedictionem ſuper cellaria tua.
℞. Et ſuper opera manuum tuarum.

Oremus.

OMnipotens, & miſericors Deus, qui ubique præſens es, maieſtatem tuam ſuppliciter exoramus, ut huic Cellario gratia tua adeſſe digneris, quæ cuncta adverſa ab eo repellat & abundantiam bene ✠ dictionis tuæ largiter infundat. Per Chriſtum Dñum noſtrum. ℞. Amen.

Mox

Mox proceditur ad Clauſtrum, & Cantores intonant Choro proſequente:

Pſalm. 83.

QUàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum! * concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, & caro mea: * exultaverunt in Deum vivum.

Etenim paſſer invenit ſibi domum,* & turtur nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos.

Altaria tua Domine virtutum: * Rex meus & Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua Domine: * in ſæcula ſæculorum laudabunt te.

Beatus vir cujus eſt auxilium abs te: * aſcēſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, in loco, quem poſuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: * videbitur Deus Deorum in Sion.

Domine Deus virtutū exaudi orationem meam: * auribus percipe Deus Jacob.

Protector noſter aſpice Deus: * & reſpice in faciem Chriſti tui.

Quia melior eſt dies una in atriis tuis:* ſuper millia.

Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei: * magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia miſericordiam & veritatem diligit Deus: * gratiam, & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: * Domine virtutum, beatus homo, qui ſperat in te.

Gloria Patri. &c. Sicut erat. &c.

*Cantores intonant Antiphonam.*

Congregavit nos in unum Chriſti amor, timeamus, & amemus Chiſtum Deum, ubi charitas, & amor, ibi Deus.

Cantores dicunt:

℣. Ecce quam bonum, & quam jucundum.

℟. Habitare fratres in unm.

Oremus.

OMnipotens, & ſempiterne Deus, qui nos ſingulari prærogativa gratiæ in hoc Religionis clauſtro miſericorditer congregaſti, dá nobis famulis tuis; ita in eodem laudabiliter tibi ſervire, ut in fraternitatis amore, & & ſincera dilectione, ac mutua pace convivere, ut tandem ad illam patriam, in qua omnia ſecura, firma, tranquilla, & ſtabilia ſunt, te largiente, pervenire valeamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtea

Poſtea proceditur ad portam principalem Cõventus, & Cantores intonant.

Pſalm. 126.

NIſi Dominus ædificaverit domum: * in vanum laboraverunt qui ædificant eam.

Niſi Dominus cuſtodierit civitatem: * fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: * ſurgite poſtquan ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum: * ecce hæreditas Domini, filii merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis: * ita filii excuſſorum.

Beatus vir, qui implevit deſiderium ſuum ex ipſis: * non confundetur, cùm loquetur inimicis ſuis in porta.

Gloria Patri, & Filio &c.

Sicut erat in principio: &c.

Cantores intonant Antiphonam.

Beata gens, cujus eſt Dominus Deus eorum, populus electus in hæreditatem ſibi; quoniam non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cœli.

Cantores dicunt:

℣. Hæc eſt porta Domini.

℟. Et juſti intrabunt in eam.

K yrie eleiſon. C hriſte eleiſon. K yrie eleiſon.
Sacerdos dicit: P ater noſter.
℣. E t ne nos inducas in tentationem.
℟. S ed libera nos á malo.
℣. M emer eſto Congregationis tuæ.
℟. Q uam poſſediſti ab initio.
℣. C uſtodi nos Domine ut pupillam oculi.
℟. S ub umbra alarum tuarum protege nos.
℣. E xurge Chriſte adjuva nos.
℟. E t libera nos propter nomen tuum.
℣. D omine exaudi orationem meam.
℟. E t clamor meus ad te veniat.
℣. D ominus vobiſcum. ℟. E t cum ſpiritu tuo.

O remus.

TE Deum Patrem Omnipotentem ſupplici-ter exoramus pro hoc Conventu, & habi-tatoribus ejus, ac rebus: ut eos bene ✠ di-cere, & ſancti ✠ ficare, ac bonis omnibus ampli-are digneris; tribue eis Domine de rore cœli abũ-dantiam, & de pinguedine terræ vitæ ſubſtan-tiam, & deſideria voti eorum ad effectum tuæ mi-ſerationis perducas; bene ✠ dicere ergo, & ſan-cti ✠ ficare digneris hunc Conventum, ſicut be-nedicere dignatus es domum Abraham, Iſaac, & Jacob, & intra parietes ejus Angeli tuæ lucis in-habitent, ut omnes habitantes in eo in tua pace

conſi-

conſiſtant, & in tua voluntate permaneant, atque ad regna Cœlorum perveniant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

BEne ✠ dic Domine Deus Omnipotens Conventum iſtum, ut ſit in eo ſanitas, caſtitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & manſuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio Deo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

EXaudi nos Domine Sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus: ut ſicut domos Hebræorum in exitu de Ægypto Agni ſanguine linitas, ab Angelo percutiente cuſtodiſti, ita mittere digneris Sanctum Angelum tuum de Cœlis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Sacerdos dicit:

BEnedictio Dei Omnipotentis Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritûs ✠ Sancti deſcendat ſuper hunc Conventum, & omnes habitantes in eo, & maneat ſemper. ℟. Amen.

# PRECES DICENDÆ
## ANTE SORTES SANCTORUM.

In die Circumciſionis poſt cœnam Congregatis Fratribus in Eccleſia, Oratorio, vel alio loco decenti, Prælatus incipiat Hymnum ſequentem, & Chorus genuflexus alternatim proſequitur.

### Hymnus.

VEni creator ſpiritus,
Mentes tuorum viſita,
Imple ſuperna gratia,
Quæ tu creaſti pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altiſſimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et ſpiritalis unctio.
Tu ſeptiformis munere,
Digitus Paternæ dexteræ,
Tu rite promiſſum Patris
Sermone ditans guttura.
Accende lumen ſenſibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma noſtri corporis
Virtute firmans perpeti.

Hoſtem

Hoſtem repellas longius,
Pacemque dones protinus:
Ductore ſic te prævio
Vitemus omne noxium.
Per te ſciamus da Patrem,
Noſcamus atque Filium,
Teque utriuſque Spiritus
Credamus omni tempore.
Deo Patri ſit gloria,
Et Filio qui à mortuis
Surrexit àc Paraclito
In ſæculorum ſæcula Amen.

Poſtea Cantores dicent reſpondente Choro.

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabimur.
℟. Et renovabis faciem terræ.
℣. Omnes Sancti, & Sanctæ Dei.
℟. Intercedite pro nobis.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

OMnes ſancti tui quæſumus Domine nos ubique adjuvent, ut dum eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtea, ſedentibus omnibus, ſortes dividentur, quibus finitis, iterum genuflectent, Cantores dicunt Antiphonam.

Sub tuum præſidium confugimus Sancta Deigenitrix, noſtras deprecationes ne deſpiceas in neceſſitatibus, ſed à periculis cunctis libera nos ſemper, Virgo glorioſa, & benedicta.

Cantores dicunt:

℣. Ora pro nobis Sancta Deigenitrix.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Omnes Sancti, & Sanctæ Dei.

℟. Intercedite pro nobis.

Tunc Præſes dicit:

Oremus.

BEatæ, & glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, quæſumus Domine, interceſſio glorioſa nos protegat, & ad vitam perducat æternam.

COncede: quæſumus, Omnipotens Deus, ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocent, quatenus quorum patrocinia veneramur, etiam actus imitemur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

IHS

RENO-

# RENOVATIO VOTORUM

## In die EPIPHANIÆ DOMINI.

Congregatis Fratribus in Eccleſia coram Sanctiſſimo expoſito in oſtio Tabernaculi, Vicarius Generalis, aut Prior indutus alba, ſtola, & Pluviali albi coloris genuflexus in medio Altaris renovationem votorum faciet, ut ſequitur: qua finita, á medio recedat, & genuflexus aſſiſtat in cornu Euangelii dum alii á dignioribus incipientes ſequentem facient votorum renovationem.

EU F. N. viliſſimo peccador, e indigno ſervo de voſſa Mageſtade renovo, e confirmo em preſença voſſa, e de toda a Corte do Ceo a minha profiſſaõ, e prometto a voſſa Divina Mageſtade meu Deos, e á Beatiſſima ſempre Virgem Maria, e a Noſſo Padre Santo Agoſtinho, e ao noſſo Superior de obſervar os votos de Obediencia, Pobreza, Caſtidade, e Humildade ſegundo a noſſa Regra, e Conſtituiçoens até a morte. E para maior honra, e gloria voſſa, meu Deos, prometto exercitarme eſte anno na virtude N.

Et poſtquam renovatio finita fuerit, tunc Præſidens dicet: Pater noſter. totum ſub ſilentio. Poſtea dicet reſpondente Choro ſequentia,

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Immola Deo ſacrificium laudis.
℟. Et redde Altiſſimo vota tua.
℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
℟. A' templo ſancto tuo quod eſt in Jeruſalem.
℣. Mitte nobis Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere nos.
℣. Domine exaud orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus miſericors, Deus clemens, cui cuncta bona placent, ſine quo nihil boni inchoatur, nihilque boni perficitur; adſint, quæſumus, noſtris humillimis precibus tuæ pietatis aures, & intercedente Beata Maria ſemper Virgine, ac Beato Auguſtino Patre noſtro, concede nobis famulis tuis, ut vota, & propoſita à te præveniente aſpirata, & ad gloriam, & laudem tuam emiſſa, per auxilium gratiæ tuæ, pie, religioſe, ac ſancte vivendo, valeamus obſervare, & obſervando vitam promereri ſempiternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

# FERIA QUARTA CINERUM.

Finita Nona proceditur ad Altare ad Benedictionem Cinerum præcedente Cruce cum ceroferariis, & Acolytis deferentibus thuribulum, & vas aquæ benedictæ, poſtea ordinate Conventus, ultimo Celebrans cum Pluviali violaceo & Miniſtri cum Planetis plicatis omnes ſine manipulis; cum perventum fuerit ad Altare, facta genuflexione ad gradus, oſculatoque in medio retrahũt ſe ad cornu Epiſtolæ, ubi eſt Miſſale paratum, & cantatur à Choro ſequens Antiphona.



EX áu di nos Dó mine;



quó ni àm benigna eſt miſe ri cór di a


tu a: & ſe cún dùm multi tú dinem
mi ſe ra ti ó num tn â rum, ré-
ſpi ce nos Dó mi ne. Pſ. S al vum me
fac De us; quóni àm intravê runt aquæ
uſque ad á nimam me am.
℣. G ló ri a Pa tri, & Fi li o, &.




Deinde Sacerdos benedicit Cineres, ut in Miſſali ordinatur, quibus finitis, impoſito incenſo in thuribulo ter aſpergat prius Cineres, poſtea adoleat incenſo, & accedens ad medium Altaris, tunc dignior aſcendens illuc imponit capiti Celebrantis ſtantis cineres, ipſique Celebrans, poſtea miniſtris genuflexis, & reliquis per ordinem dicens ad quemlibet:

Memento homo, quia pulvis eſt, & in pulverem reverteris.

Interim imponuntur Cineres Eccleſiaſticis, & ſæcularibus utriuſque ſexus cantantur ſequentia.

## Antiphona.




Antiphona.
us no ſter.
I N ter veſtí bulum, & Altá-
re plorá bunt Sacerdó tes mi ní-
ſtri Dó mi ni, & di cent: Par ce Dó-
mi ne par ce pó pu lo tu o, &
ne clau das o ra ca nén ti um


te Dó mi ne.
Reſponſorium.
E mendé mus in mé li ùs,
quæ ignorán tèr peccá vimus : ne
ſú bi tò præ occupá ti di e mor-
tis quæ rá mus ſpá ti um pœnitén-
ti æ, & inve ní re non po ſſi-
mus


mus. * Attén de Dó mi ne,
& mi ſe ré re: qui à peccá-
vi mus ti bi. ℣. A d ju va nos
De us ſa lu tá ris no ſter, & pro-
pter honó rem nóminis tu i Dó-
mine lí be ra nos. * A ttende.



℣. Gló ri a Pa tri, & Fi li o, &



Spi rí tu i San cto. * Attẽnde.

Finita cinerum impoſitione, Sacerdos in cornu Epiſtolæ lavat manus. Poſtquam cantatæ fuerint Antiphonæ, aut Reſponſorium proſequitur Sacerdos ut in Miſſali, poſtea revertentur omnes ordine, quo venerunt, Conventus ad Chorum, Sacerdos ad parandum ſe ad Miſſam.

# SABBATO SANCTO

Hora competenti poſt Nonam conveniant ad portam Eccleſiæ Fratres, ubi ſit præparatum faciſtorium cum Miſſali, Dalmatica, ſtola, & manipulo albi coloris, juxta quod ſit vas cum prunis accenſis de lumine novo excuſſo de lapide, & vas aquæ benedictæ, & primò procedunt thuriferarius cum thuribulo ſinè igne, ſed cum navicula plena incenſo, & á ſiniſtris ejus Acolytus deferens in diſco quinque grana incenſi Paſchali cereo affigenda, à dextris verò alius Acolytus arundinem portans undecim palmorùm cum tribus candelis, eos ſequìtur Subdiaconus ſolus cum Cruce deſcooperta veſtitus planeta plicata violacei coloris ſine manipulo, deinde Conventus per ordinem, ultimò Celebrans amictu, alba, indutus, & ſtola Pluvialique violacei coloris, & à ſiniſtris Diaconus indutus ſtola, & planeta plicata ejusdem coloris ſine manipulo. Cum perventum fuerit ad locum ubi ignis debet benedici Subdiaconus cum Cruce ſiſtat ſe contra Celebrantem, Diaconus à ſiniſtris reliqui circumcirca, tunc benedictionem peragit ut in Miſſali; quibus expletis, indutoque Diacono ibi in veſtibus albis cum manipulo; quem atiam accipit Subdiaconus vio-

 laceum

laceum, & ordinatur Proceſſio ad Altare, in ea præcedit thuriferarius & à ſiniſtris ejus Accolytus in diſco quinque grana incenſi portans, dein Subdiaconus cum Cruce, poſtea Conventus per ordinem & Diaconus cum arundine, ultimo Celebrans. In ipſo aditu Eccleſiæ inclinans Diaconus arundinem accenditur ab Acolyto deferente candelam de novo igne una ex tribus in arundine poſitis, & genuflectens elevans arundinem & altis genuflectentibus cantat.




Procedens ad medium Eccleſiæ ibi accenditur alia candela, & iterum cum omnibus genuflexus altius cantat, iterum idem Choro reſponcente.

Tertio procedens ad gradus Altaris accenditur tertia candela, & genuflexis iterum ut ſupra adhuc altius idem cantat.

Hoc facto, Conventus procedit ad Chorum, Celebrans ad Altare in cornu Epiſtolæ: Diaconus dat arundinem uni Acolyto, & accipiens librum petit benedictionem á Celebrante ut in rubricis Miſſalis, & cæremonialibus ordinatur, & cantat ſequentia.

Ex-

## Benedictio Cerei.




tantis ir ra di á ta fulgó ribus, &
æ tér ni Re gis ſplendó re il luſtrá ta
to tî us or bis ſe ſén ti at ami-
ſiſ ſe ca li gi nem. Læ té tur &
ma ter Ecclé ſi a tanti lúmi nis ad-
orná ta fulgó ri bus: & ma gnis po-


pu lô rum vó ci bus hæc au la re-
ſúl tet. Quapropter adſtántes vos
fratres cha riſ ſimi, ad tam mi ram hu-
jus ſancti lú mi nis cla ri tá tem, unà
mecum, quæſo, De i omnipo téntis mi-
ſe ri cór di am invocá te: ut qui

me


me non me is me ri tis intra Levi tá-
rum nú me rum digná tus eſt aggregá-
re, lúmi nis ſu i cla ri tá tem infun-
dens, Cére i hu jus laudem implé re .
per fi ci at. Per Dó mi num
noſtram Je ſum Chri ſtum Fi li um ſu um,

qui


qui cum e o vi vit, & regnat in
uni tá te Spi ri tûs Sancti De us,
℣. Per ómni a ſæ cu la ſæ cu lô rum.
℞. Amen. ℣. Dó mi nus vo biſ cum.
℞. Et cum Spi ritu tu o. ℣. Sur ſum
cor da. ℞. Habé mus ad Dó minum.
℣. Grá-


℣. Grá ti as agá mus Dómino De o
noſtro. ℟. Di gnum, & ju ſtum eſt.
Verè dignum, & juſtum eſt, in vi ſí bi-
lem Deum Pa trem omnipo tén tem, Fí-
li umque e jus Uni gé ni tum Dó mi-
num noſtrum Je ſum Chriſtum, to to cor-
dis


dis, ac mentis affé ctu, & vo cis
mi ni ſté ri o per ſoná re. Qui pro
no bis ætérno Pa tri Adæ de bi tum
ſol vit, & ve te ris pi a cu li cauti-
ó nem pi o cru ó re de tér ſit.
Hæc ſunt e nim feſta Paſchá li a in


qui bus ve rus ille Agnus occi ditur,
cu jus ſán guine poſtes fi dé li um
con ſecrán tur. Hæc nox eſt in quâ
primum patres noſtros fi li os Iſra el
e dú ctos de Ægy pto, ma re ru brum
ſicco veſti gi o tran si re fe cí ſti.

Hæc


Hæc í gi tùr nox eſt, quæ peccató rum
té nebras colúmbæ il lu mi na ti ó ne
purgá vit. Hæc nox eſt, quæ hódi e
per u ni vérſum mundum in Chriſto cre-
déntes à vi ti is ſæcu li, & ca li gi-
ne pecca tó rum ſegregá tos, red dit


grá ti æ, ſó ci at ſancti tá ti. Hæc
nox eſt in quâ deſtrú ctis vín cu lis
mor tis Chriſtus ab ín fe ris vi ctor
aſcén dit. Ni hil e nìm nobis naſ ci
pró fu it, ni ſi ré dimi pro fu íſ-
ſet. O' mi ra circa nos tu æ pi e-
tátis


tá tis digná ti o! O' inæſtimá-
bi lis di lé cti o cha ri tá tis! ut ſer-
vum re dí me res, Fi li um tradi dí-
ſti. O' certè ne ce ſſá ri um A dæ
peccá tum, quod Chri ſti mor te de-
lé ctum eſt. O' fe lix cul pa, quæ

talem


ta lem, ac tan tum mé ru it habé re
redempró rem! O' ve rè be á ta
nox, quæ ſo la mé ru it ſci re tempus,
& ho ram in quâ Chri ſtus ab in-
fe ris re ſurré xit! Hæc nox eſt de
quâ ſcri ptum eſt: Et nox ſi cut di es
illumi-


illuminá bi tur, & nox illumináti o me-
a in de li ci is me is. Hujus i gitur
ſanctifi cá ti o noctis fugat ſcéle ra cul-
pas lá vat, & reddit innocén ti am
la pſis, & mæ ſtis læ ti ti am.
Fu gat ó di a, concordi am pa rat,

&

Hîc Diaconus in-figit quinque grana incenſi benedicti in Coreo in modũ ✠




apum




Hîc Diaconus accendit Cereum cum una ex tribus candelis in arundine poſitis.




tu á ti tamen lú mi nis detrimén ta
non no vit. A li tur enim liquán ti
bus ce ris, quas in ſubſtánti am pre ti-
ó ſæ hu jus lámpa dis apis ma ter
e dú xit
Hîc accenduntur lampades.
O' ve è be á ta nox, quæ expo li-
ávit


á vit Ægy pti os, di tá vit Hebræ-
os! Nox, in quâ ter ré nis cœlé ſti a,
humá nis di vi na jungún tur. O rá-
mus er gò te Dó mi ne, ut Cé re us
iſte in honó rem tu i nó mi nis con-
ſecrá tus, ad noctis hu jus ca li gi nem



deſtru endam inde fi ci ens perſevé ret.



Et in odó rem ſu a vi tá tis accé-



ptus, ſu pér nis lu mi na ri bus miſce-



á tur. Flammis e jus lú ci fer



ma tu ti nus in vé ni at. Il le, inquam,



lú cifer, qui neſ cit occá ſum. Il le,


qui re gréſ ſus ab ín fe ris humáno
gé ne ri ſe ré nus il lú xit. Pre cá-
mur er gò te Dó mi ne, ut nos fámu-
los tu os, omnemque Cle rum, & de
vo tiſ ſimum pó pu lum unà cum Be-
a tiſ ſimo Pa pa no ſtro N. &

Antì-


Antiſti te no ſtro N. qui é te
témporum concé ſſâ, in his Paſchá li-
bus gaudi is, aſ ſi du â pro tecti ó ne
ré ge re, guberná re, & conſervá-
re digné ris Réſpi ce e ti am ad
devo tíſ ſimum Regem noſtrum N.

cujus


cu jus tu De us de ſi dé ri j vo ta
prænóſcens, in effá bi li pi e tá tis, &
mi ſe ri cór di æ tu æ mú ne re tran-
quillum per pé tu æ pa cis accó moda,
& cœ leſtem victo ri am, cum omni
pó pu lo ſu o. Per e úndem Dómi-




℟. Amen.

Completa benedictione Cerei Diaconus, depoſitis albis, ſumit violacea paramenta, & vadit ad Celebrantem, qui exuitur Pluviali, & ſumit caſulam & manipulum ejuſdem coloris: reliqua ſiant ut in rubricis Miſſalis hodie ordinatur.

## RECEPTIO

# NOVITIORUM,

Peractis agendis ex præſcripto Conſt. 2. parte cap. 1. congregato Conventu, & paratis tribus Acolytis, quorum unus defert Crucifixum; progredientur bini, & bini per medium Eccleſiæ uſque ad portam illius principalem, & juxta illam à parte exteriori erit candidatus Magiſtro aſſociatus, cui genuflexo Prior interroget: Quid petis? illo reſpondente: Chriſtum Crucifixum: Crucifixum illi tradat Prior, quo inter brachia amplexo, progredientur omnes ad Altare maius, cantantibus interim ſequentem Antiphonam:



V Eni te aſcendá mus



ad montem Dómi ni, & ad domum







Tunc Cantores dicunt:

℣. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum.

℟. Concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini.

℣. Utinam dirigantur viæ meæ.

℟. Ad cuſtodiendas juſtificationes tuas,

Candidatus accedens ante gradus Altaris maioris genuflectit, & Prior ſtans juxta ſedile dicit ſequentem orationem.

Ore-

Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Apoſtolis tuis omnia relinquere, & poſt te venire juſſiſti; hunc famulum tuum ita bene ✠ dicere dignare, ut ſpreta ſæculi vanitate, ad ipſam venire non cupiat, Apoſtolorumque exemplo, & tibi ſemper adhæreat, & propter te omnibus valedicat. Qui vivis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Finita oratione Magiſter è brachiis candidati auferet Crucifixum, & ipſum comitabit uſque ad pedes Prioris, ibique genuflexus interrogabitur: Quid petis? & illo reſpondente: Miſericordiam Dei, & veſtram ſocietatem. Prior ſermonem faciet, quo finito dicat: Deus, qui in te cæpit opus bonum, ipſe perficiet. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Et tunc exuatur à Priore, adjuvante Magiſtro, veſtibus ſæcularibus, Priore dicente:

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis. ℟. Amen. Prior ſurgens dicat:

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui per coæternum Filium tuum cuncta creaſti, quique mundum peccatis inveteratum, per myſterium ſanctæ Incarnationis ejus renovare dignatus es: te ſuppliciter exoramus, ut ejusdem Domini noſtri gratiam ſuper hũc famulum tuum abrenunciationem ſæculi profitentem, clementer reſpicere digneris: per quam in ſpiritu ſuæ mentis renovatus veterem hominem cum actibus ſuis exuat, & novum, qui ſecundum Deum creatus eſt, induere mereatur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.

℞. Amen.

Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte, qui es via, ſine qua nemo venit ad Patrem, quæſumus clementiam tuam, ut hunc famulum tuum à carnalibus deſideriis abſtractum per iter diſciplinæ regularis deducas, ut qui peccatores vocare dignatus es, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos; præſta, ut hæc vox invitationis tuæ in eo convaleſcat, quatenus peccatorum onera deponens, & quam dulcis es, guſtans, tua refectione ſubſtentari mereatur; & ſicut atteſtari de ovibus tuis dignatus es, agnoſce eum inter oves tuas, ut

ipſe

ipſe te agnoſcat, & alienum non ſequatur, ſed te; neque audiat vocem alienorum, ſed tuam, qua dicis: Qui mihi miniſtrat me ſequatur. Qui viuis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

SAncte Spiritus, qui te Deum, ac Dñum mortalibus revelare dignatus es, immenſam tuæ pietatis gratiam poſtulamus, ut ſicut ubi vis, ſpiras, ſic & huic famulo tuo affectum devotionis indulgeas: & quoniam tua ſapientia eſt conditus, tua quoque providentia gubernetur, & per interceſſionem Beati Patris noſtri Auguſtini, quem præcipuum hujus ſanctæ Religionis legislatorem, ac fundatorem dediſti, eum á vanitate ſæculi veraciter converte: & ſicut es omnium peccatorum remiſſio, ita deprimentes impietatis obligationes in eo diſſolve, & ad obſervantiam hujus ſancti propoſiti, fac eum, ita certatim fervere, ut in tribulationibus, & anguſtiis tua indeficienti conſolatióne valeat reſpirare, ut juſte, & pie per veram humilitatem, atque obiedientiam in fraterna charitate fundatus, felici perſeverantia hujus ſancti præpoſiti curſum valeat feliciter conſumare. Quod ipſe præſtare digneris, qui cum Deo Patre, Sanctoque Unigenito Filio

ejus

ejus Domino noſtro Jeſu Chriſto vivis, & glori-aris Deus per infenita ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Completis orationibus Prior induat Novitium genuflexum tunica nigra dicens:

Induat te Dominus novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis: in nomine Patris, & Filii, ✠ & Spiritus Sancti Amen.

Deinde Prior benedicens induendum, & imponens ei patientiam dicat:

Tolle Crucem Chriſti ſuper humeros tuos in ſignum patientiæ, & probationis: in nomine Patris, & Filii, ✠ & Spiritus Sancti Amen.

Imponens caputium dicit:

Accipe jugum Domini; jugum enim ejus ſuave eſt, & onus ejus leve. In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Præcingens eum corrigia dicat:

Præcingat te Dominus zona juſtitiæ, ut omnia mandata Dei conſerves immaculatus. In nomine Patris, ✠ & Filii & Spiritus Sancti Amen.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus miſericors, Deus clemens, cui cuncta bona placent, ſine quo nihil boni inchoatur, nihilque boni perficitur; adſint, quæſumus, noſtris humillimis precibus tuæ pietatis aures, & hunc famulum tuum, cui in tuo ſancto nomine ſacræ Congregationis noſtræ Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Diſcalceatorum habitum impoſuimus, á mundi impedimento, & ſæculari deſiderio defende, & concede ei, ut in hoc ſancto propoſito devotus perſiſtere, & remiſſione peccatorum percepta, ad electorum tuorum valeat pervenire conſortium. Per Dominum noſtrum Jeſum Ghriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

His peractis Novitius, adjuvante Magiſtro, brachia ſuper tapetum in modum Crucis expandit, & Cantores intonent genuflectente, & proſequente Choro Hymnum ſequentem.

Hymnus.



VEni cre á tor Spi ri tus




Qui diceris Paraclitus,
Altiſſimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et ſpiritalis unƈtio.

Tu ſeptiformis munere,
Digitus Paternæ dexteræ,
Tu rite promiſſum Patris
Sermone ditans guttura.

Accende lumen ſenſibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma noſtri corporis
Virtute firmans perpeti.

Hoſtem repellas longius,
Pacemque dones protinus:

Du-

Ductore ſic te prævio
Vitemus omne noxium.
Per te ſciamus da Patrem,
Noſcamus atque Filium,
Teque utriuſque Spiritus
Credamus omni tempore.
Deo Patri ſit gloria,
Et Filio qui à mortuis
Surrexit àc Paraclito
In ſæculorum ſæcula Amen.

Finito Hymno Cantores dicunt:

Kyrie eleiſon. Et Chorus Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Prior dicit:

Pater noſter. Totum ſecreto, poſtea clara voce

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvum fac ſervum tuum Domine.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A' facie inimici.
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Hic accipiet benedictionem á Domino.
℟. Et miſericordiam á Deo ſalutari ſuo.
℣. Dominus cuſtodiat te ab omni malo.

℟. C uſtodiat animam tuam Dominus.
℣. D ignare eum laudare te Virgo Sacrata.
℟. D a ei virtutem contra hoſtes tuos.
℣. O ra pro eo Sancte Pater Auguſtine.
℟. U t dignus efficiatur promiſſionibus Chriſti.
℣. D omine exaudi orationem meam.
℟. E t clamor meus ad te veniat.
℣. D ominus vobiſcum. ℟. E t cum ſpiritu tuo.

O remus.

OMnipotens ſempiterne Deus miſerere huic famulo tuo, & dirige eum ſecundum tuam clementiam in viam ſalutis æternæ, ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum.
℟. A men.

O remus.

COncede hunc famulum tuum, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. A men.

O re-

O remus.

DEus, qui non vis mortem peccatoris, ſed per pœnitentiam, & emendationem vitam ſemper inquiris, ſuppliciter deprecamur, ut huic famulo tuo ſæcularibus actibus renuntianti largæ tuæ pietatis gratiam infundere digneris, quatenus caſtris tuis inſertus, ita tibi militando ſtatum vitæ præſentis percurrere valeat, ut æternæ remunerationis bravíum, te donante, percipere mereatur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum.. ℟. Amen.

His peractis Prior immutet Novitio nomen; & dum Fratres amplectitur, incipient Cantores, reſpondente Choro, ſequentia.

Antiphona.



ECce quàm bo num, & quàm



jo cúndum ha bi tá re fra tres




Primus tonus.

Pſalmus 131.

SIcut unguentum in capite : * quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.

Repetitur Antiphona Ecce quam bonum.

Quod deſcendit in oram veſtamenti ejus : * ſicut ros Hermon, quod deſcendit in montem Sion.

Repetitur Antiphona.

Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem : * & vitam uſque in ſæculum.

Repetitur Antiphona.

Gloria Patri, & Filio : * & Spiritui Sancto.

Repetitur Antiphona.

Sicut erat in principio, & nunc & ſemper : * & in ſæcula ſæculorum Amen.

Repetitur Antiphona.

His finitis dicat Prior :

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℞. Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

¶ Pro pluribus Novitiis dicat Prior: Deus, qui in vobis cæpit opus bonum ipſe perficiat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Poſtea exuens ſingulos ſeparatim veſtibus ſæcularibus dicat: Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis. ℞. Amen. Statim benedicet induendos dicens: Adjutorium noſtrum &c. ut ſupra in uno Novitio, ſed orationes dicentur in plurali. Ad induendos Novitios tunica nigra Prior tangens eam, imponensque unicuique ſeparatim dicit: Induat te Dominus &c. ut ſupra; omnia alia, id eſt orationes, & preces dicet Prior etiam in plurali.



# PROFESSIO NOVITIORUM

Peractis de more agendis, & juxta noſtras Apoſtolicas Conſtit. hora à Priore aſſignata congregato Conventu in Sacriſtia ad ſonitum campanulæ egredientur bini & bini cereos accenſos in manibus portantes, & ante omnes duo Acolyti cereos accenſos portantes, & ultimo in loco Prior & juxta illum candidatus, qui in oſtio Eccleſiæ immediato accipiat Crucifixum, quem inter brachia teneriſſime amplexum defert, & dum Eccleſiam ingrediũtur omnes, ſequens Antiphona cantabitur præcinentibus Cantoribus:

Antiphona.






℣. Vivo ego; jam non ego.
℟. Sed vivit in me Chriſtus.

Tunc Prælatus juxta ſedile ſtans dicat:

Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte, qui per Crucem, & Paſſionem tuam ad gloriam ſempiternam aſcendere voluiſti: concede huic famulo tuo, ſic tecum in eadem Cruce crucifigi, ut jam ſæculo mortuus, per ipſammet Crucem ejusdem gloriæ conſors fieri mereatur. Qui vivis, & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum.
℟. Amen.

Abla-

Ablato Crucifixo á brachiis Novitii, genufle-ctit ante pedes Prioris, & ab illo interrogatûs: Quid petis? Reſpondebit: Miſericordiam Dei, & veſtram ſocietatem. Et tunc Prælatus brevem facit exhortationem, qua finita dicat: Deus, qui in vobis cæpit opus bonum ipſe perficiat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen. Quo dicto Magiſter Novitiorum ponit habitum ſuper brachia Novitii, & tunc Prior ſurgens dicat:

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℞. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.
℞. Et ſalutare tuum da nobis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℞. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte, qui tegumen noſtræ mortalitatis induere dignatus es: obſecramus immenſam tuæ largitatis abundantiam, ut hoc genus indumenti, quod ſancti Patres noſtri ad innocentiæ, & humilitatis indicium abrenuntiantes ſæculo ferre ſanxerunt, tu ita bene ✠ dicere digneris, ut hic famulus tuus, qui hoc indutus fuerit, veſtimento, te quoque induere me-

reatur.

reatur. Qui vivis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

DEus æternorum bonorum fideliſſime promiſſor, & certiſſime proſolutor, qui veſtimentum ſalutis, & indumentum jucunditatis æternæ tuis fidelibus promiſiſti, clementiam tuam ſuppliciter exoramus, ut hoc indumentum humilitatem cordis, & contemptum mundi ſignificans, quo hic famulus tuus eſt viſibiliter informandus: propitius bene ✠ dicas, & beatæ abnegationis habitum, quem te inſpirante ſuſcipit, te protegente cuſtodiat, & quem veſtibus venerandæ Congregationis Diſcalceatorum Sancti Patris noſtri Auguſtini Doctoris maximi temporaliter induis, beata facias immortalitate veſtiri. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine Deus bonarum virtutum dator & omnium benedictionum largus infuſor, te obnixis precibus deprecamur, ut hanc veſtem, quam famulus tuus pro indicio cognoſcendæ reformatæ hujus Fratrum Diſcalceatorum Or-

dinis Eremitarum Sancti Patris noſtri Auguſtini Congregationis induere ſe vult, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris, ut inter reliquos Fratres Auguſtinianos Diſcalceatos tua benignitate cognoſcatur dicatus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

DEus, qui ut ſervum abſolveres, Filium ligari voluiſti, bene ✠ dic quæſumus Cingulum iſtud, ut hic famulus tuus, qui eo velut ligamine cingetur, vinculorum ejuſdem Filii tuì Domini noſtri Jeſu Chriſti memor ſemper exiſtat, & liberatus à mundo, tuoque vinctus ſervitio, in Congregationis, quam aſſumit obſervantia uſque ad finem jugiter perſeveret. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unite Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Tunc Prior aſpergit indumentum, & zonam aqua benedicta dicens ſecretò Aſperges me &c, & incenſet; induenſque Novitium tunica nigra dicat:

Induat te Dominus novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate

veri-

veritatis: in nomine Patris, & Filii, ✠ & Spiritus Sancti Amen.

Imponit ei caputium dicens:

Accipe jugum Domini; jugum enim ejus ſuave eſt, & onus ejus leve. In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Præcingit eum Cingulo dicens:

Præcingat te Dominus zona juſtitiæ, ut omnia mandata Dei conſerves immaculatus. In nomine Patris, ✠ & Filii & Spiritus Sancti Amen.

His peractis Prior dicit:

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui ſub Magno Patre noſtro Auguſtino in Eccleſia tua ſancta magnum Filiorum exercitum contra inviſibiles hoſtes adunaſti, hunc famulum tuum ſub tanti Patris militia collum jugo ſupponentem amore Sancti Spiritus accende, ut per Obedientiam, Paupertatem, Caſtitatem, & Hulitatem, quæ modò ſolemniter profiteri vult, ita militando, & miniſtrando tibi Regi regum præſentis vitæ ſtadium percurrere valeat, ut felicitatis æternæ coronam, devicto, triumphatoque mundo cum pompis ſuis te donante percipere

mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

Deinde emittat profeſſionem, ut in noſtro cæremoniali, qua emiſſa, & dicto à Prælato:

Et Ego in nomine, ac vice Admodum Reverendi Patris noſtri Vicarii Generalis N. & authoritate, qua fungor, accepto profeſſionem tuam, & unio te corpori myſtico noſtræ ſacræ Religionis: In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Quo dicto deſcendit Profeſſus, & adjuvante Magiſtro, & alio Religioſo proſternit ſe ſuper tapetum in modum Crucis verſa ad terram facie, & illo proſtrato, Prior ſtans dicit:

Pater noſter. Totum ſecretò, poſtea proſequitur.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Immola Deo ſacrificium laudis.
℟. Et redde Altiſſimo vota tua.
℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
℟. A' templo ſancto tuo quod eſt in Jeruſalem.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

O ſe-

## Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui humanæ fragilitatis infirmitatem agnoſcis; reſpice, quæſumus ſuper hunc famulum tuum fratrem noſtrum, & larga tuæ benedictionis abundantia imbecillitatem ejus corroborare digneris, ut promiſſa nunc vota, quæ præveniendo aſpiraſti, per auxilium gratiæ tuæ pie, ſancte, ac religioſe vivendo valeat perſeveranter obſervare, & obſervando vitam promereri ſempiternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Et hac finita Oratione accedens iterum Profeſſus ad pedes Prioris ab illo accipit in capite coronam floream, & ſtatim cantatur ſequens Antiphona, incipientibus Cantoribus:






℣. Non coronabitur.
℟. Nſi qui legitime certaverit.

Oremus.

PRopitiare Domine, quæſumus, huic famulo tuo, ut qui devicto, triumphatoque mundo Excalceatorum Sancti Patris noſtri Augnſtini militiæ adſcribi feciſti, coronas, quas hactenus meruit, tua gratia irrigante, & ſemper in obſervantia virides, & amoris tui oſculis tibi offerat gratioſas. Per te Jeſu Chriſte Salvator mundi, qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum.
℟. Amen.

Qua finita, Profeſſus in medio genuflexus tenet candelam accenſam, & campanis ſolemniter pulſatis, Cantoribus præcinentibus, proſequitur Chorus, habentes ſinguli candelas accenſas, Hymnum Te Deum laudamus. ut fol. 121. quo completo dicitur à Cantoribus.
Kyrie eleiſon. & Chorus Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater

Pater noſter. Totum ſecretò, deinde clara voce
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvum fac ſervum tuum Domine.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis,
℟. A facie inimici.
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Hic accipiet benedictionem á Domino.
℟. Et miſericordiam á Deo ſalutari ſuo.
℣. Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum.
℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.
℣. Dominus cuſtodiat te ab omni malo.
℟. Cuſtodiat animam tuam Dominus.
℣. Dignare eum laudare te Virgo Sacrata.
℟. Da ei virtutem contra hoſtes tuos.
℣. Ora pro eo Sancte Pater Auguſtine.
℟. Ut dignus efficiatur promiſſionibus Chriſti.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus miſerere huic famulo tuo fratri noſtro, & dirige eum ſecundum tuam clementiam in viam ſalutis æternæ, ut, te donante, tibi placita cupiat, & tota virtuteperficiat. Per Chriſtum Dñum noſtrum.
℟. Amen.

Oremus.

COncede hũc famulum tuum fratrem noſtrũ quæſumus Dñe Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

BEnedicat te Deus Pa ✠ ter, Fi ✠ lius, & Spiritus ✠ Sanctus omni benedictione ſpirituali, ut vivens ſub Regula Sancti Patris noſtri Auguſtini Eccleſiæ Doctoris maximi, requieſcat ſuper te Spiritus ſeptiformis gratiæ, & mentem tuam regat, viam tuam dirigat, cogitationes ſanctas inſtituat, actus probet, opera perficiat, charitate ædificet, ſapientia illuminet, in

tentatione cuſtodiat, infundat gratiam, remittat offenſam, & tribuat perfectionem, ut cum dies tremendus remunerationis Juſtorum, retributioniſque malorum advenerit, non inveniat in te ultrix flamma, quod urat, ſed divina pietas, quod coronet. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde Prior aſpergat aqua benedicta Profeſſum dicens Aſperges me &c. ſine Pſalmo, & Magiſter, accepta à Profeſſo candela, ac extincta, eum ducit ad oſculum pacis, interim veró cantetur Antiphona Ecce quam bonum &c. cum ſequenti Pſalmo ut fol. 579. & his completis dicat Prior:

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

Diſcedunt omnes. ¶ Si fuerint plures, qui emittant profeſſiionem, Prior dicet preces, & orationes in plurali, & obſervetur, ut dictum eſt ſupra in Receptione Novitiorum.

# RECEPTIO
# MANTELLATARUM.

Cùm aliqua mulier provectæ ætatis, & probatæ vitæ ad victum habens neceſſaria, inter Mantellatas recipi voluerit, habita primó de commiſſione P. N. Vicarii Generalis rigida informatione de ſupradictis, & ab illo impetrata facultate, tunc die, & hora á Priore aſſignata venit Candidata ad Eccleſiam aliquibus comitata honeſtis fæminis, ubi Prior aſſociatus aliquibus ex gravioribus Patribus, vel congregata tota Communitate, ſi nobilitas perſonæ id exegerit, illam ſpectabit, & ſedentibus omnibus, ſola Candidata remanente genuflexa ad pedes Prioris interrogabitur. Que pede? & illa reſpondente: A miſericordia de Deos, e o habito deſta ſagrada Congregaçaõ: dicet Prior: Promptos eſtamos para vos receber ao noſſo ſanto habito, ſe da voſſa parte naõ houver impedimento, com condiçaõ que à todo o tempo, que ſe manifeſtar vos deſpiremos o habito. Tunc breviter illam exhortet, qua finita exhortatione, á duabus fæminis exuatur toga, dicente Priore: Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus miſericors, Deus clemens, cui cuncta bona placent, ſine quo nihil boni inchoatur, nihilque boni perficitur; adſint, quæſumus, noſtris humillimis precibus tuæ pietatis aures, & hanc famulam tuam, cui in tuo ſancto nomine habitum noſtræ ſacræ Religionis imponere volumus, á mundi impedimento, & ſæculari deſiderio defende, & concede ei, ut in hoc ſancto propoſito devota perſiſtere, & remiſſione peccatorum percepta, ad electorum tuorum valeat pervenire conſortium. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Qua oratione dicta, induitur á prædictis fæminis, & Prior dicat:

Induat te Dominus novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis: in nomine Patris, & Filii, ✠ & Spiritus Sancti Amen.

Deinde imponitur ſcapulare, & Prior dicit:

Accipe jugum Domini; jugum enim ejus ſuave eſt, & onus ejus leve. In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Cum præcingitur Corrigia, Prior dicit

Accipe Corrigiam ſuper lumbos tuos, in ſignum caſtitatis, & continentiæ: in nomine Pa ✠ tris & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Tunc Prior ſubjungit:

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ad hanc orationem omnes reſpiciunt ad Altare

Oremus.

ADeſto, quæſumus Domine, ſupplicationibus noſtris, & hanc famulam tuam, quam ſacræ noſtræ Religioni ſociamus, perpetua tribue firmitate corruborari, ut perſeveranti propoſito in omni ſanctitate tibi valeat famulari. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtea dicatur à Fratribus Pſalmus Levavi oculos meos in montes. &c. totus, cum Gloria Patri &c. interim mulier genuflexa ſit ſuper tapetum ante Altare, & finito Pſalmo dicat Prior

℣. Salvam fac ancillam tuam Domine.

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Ora pro ea Sancta Deigenitrix.

℟. Ut

℟. Ut digna efficiatus promiſſionibus Chriſti.
℣. Ora pro ea Beate Pater Auguſtine.
℟. Ut digna efficiatur promiſſionibus Chriſti.
℣. Dominus vobiſcum ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ad hanc orationem omnes ſe inclinant

Oremus.

QUæſumus Domine Deus Omnipotens, famulam tuam placabili pietate reſpice, & cor ejus tui amoris igne ſuccende, ut tibi toto cerde devota, & à præſentibus adverſitatibus liberetur, & optatis gaudeat proſperitatibus æternis.

Ad has orationes reſpiciunt ad Altare.

COncede hanc famulam tuam, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

ADeſto ſupplicationibus noſtris Omnipotens Deus, & cui fiduciam ſperandæ pietatis indulges, intercedente Beato Patre noſtro Auguſtino Confeſſore tuo, atque Pontifice, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Chriſtum Dñum noſtrum. ℟. Amen.

Si

Si plures fæminæ recipient habitum, Prælatus officia dicat in plurali; poſtea redeat ad pedes Prioris, qui brevi ſermone ad perfectionem inducet, & deoſculatâ tantum manu illius, omnes diſcedant.

## PROFESSIO

### EARUNDEM MANTELLATARUM.

Si aliquæ ex præfactis Mantellatis profeſſionem emittere deſiderent, probata prius per idoneos teſtes illarum vitæ innocentia, & prævia facultate P. N. Vicarii Generalis, die, & hora determinata publice in Eccleſia coram matronis probatæ vitæ & gravioribus Conventus Patribus accedat profitenda ante pedes Prioris ſedentis, & ab illo interrogata: Quid petat? Si reſpondeat: quod petit miſericordiam Dei & admiſſionem ad ſimplicem profeſſionem: tunc exhortationem brevem faciat, & poſt hæc habitum benedicat aſpergens & incenſans, dicens:

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte, qui tegumentũ noſtræ mortalitatis induere dignatus es: obſecramus immenſam tuæ largitatis abundantiam, ut hoc genus indumenti, quod ſancti Patres noſtri ad innocentiæ, & humilitatis indicium abrenuntiantes ſæculo ferre ſanxerunt, tu ita bene ✠ dicere digneris, ut hæc famula tua, quæ hoc uſa fuerit, veſtimento, te quoque induere mereatur. Qui vivis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℞. Amen.

Deinde aſpergat, & incenſet habitum, & poſtea dicat:

℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

AUxiliare Domine, quæſumus, famulæ tuæ, ut corpore piis actionibus intenta, donis gratiæ tuæ perfruatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

*His dictis, ſedentibus omnibus cum Priore, Mantellata genuflexa ante illius pedes ſequentem faciat profeſſionem ſcriptam in aliquo libro ad hoc ſpecialiter deputato.*

Em nome de Noſſo Senhor
Jesu Chriſto Amen.

ANno do Naſcimento de noſſo Senhor Jesu Chriſto de mil, &c. dia tantos do mez N. Eu a Irmã N. filha de N. e de N. baptizada na Freguesia N. da Cidade, (ou Villa de) N. faço profiſſaõ ſimplex, e prometto obediencia a Deos todo poderoſo, e á Virgem Maria noſſa Senhora, e a noſſo Padre Santo Agoſtinho, e a voſſa Reverencia Padre Fr. N. de N. Prior deſte Convento de N. em nome de noſſo Padre Fr. N. de N. Vigario geral deſta Congregaçaõ dos Agoſtinhos Deſcalços de Portugal, e a ſeus ſucceſſores canonicamente eleitos, e de viver em Caſtidade, ſem proprio ſegundo me for poſſivel, e de guardar as Leys deſta Congregaçaõ, que ſe compadecerem com o meu eſtado, até morte.

Tunc dicat Prior:

Et Ego nomine, ac vice Patris noſtri Vicarii Generalis N. & authoritate, qua fungor, accepto profeſſionem tuam, In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus Sancti: Amen.

Quo dicto genuflectit Mantellata ſuper tapetum in medio Capellæ, & Prior illam aſpergens aqua benedicta dicat: Pater noſter: totum ſecretò, deinde Prior:

℣. Em-

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Immola Deo ſacrificium laudis.
℟. Et redde Altiſſimo vota tua.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ad hanc orationem omnes reſpiciũt ad Altare

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui humanæ fragilitatis infirmitatem agnoſcis; reſpice, quæſumus, ſuper hanc famulam tuam, & larga tuæ benedictionis abundantia imbecillitatem ejus corroborare digneris, ut promiſſa nunc vota, quæ præveniendo aſpiraſti, per auxilium gratiæ tuæ pie, ſancte, ac religioſe vivendo valeat perſeveranter obſervare, & obſervando vitam promereri ſempiternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Tunc detur Mantellatæ candela accenſa in manibus, & à Fratribus dicatur Antiphona:

Suſcípe me Domine ſecundum eloquium tuum, & vivam, & non confundas me ab expectatione mea. Et Pſalmus Beati immaculati in via &c. totus uſque ad primum Gloria Patri &c. & repetitur Antiphona.

Tunc Prior dicit:

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabitur.
℟. Et renovabis faciem terræ.
℣. Ora pro ea Sancta Deigenitrix.
℟. Ut digna efficiatur promiſſionibus.
℣. Ora pro ea Beate Pater Auguſtine.
℟. Ut digna efficiatur promiſſionibus Chriſti.

Ad hanc orationem omnes ſe inclinant.

Oremus.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

Ad has orationes reſpiciunt ad Altare.

COncede hanc famulam tuam, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

ADeſto ſupplicationibus noſtris Omnipotens Deus, & cui fiduciam ſperandæ pietatis indulges, intercedente Beato Patre noſtrò Auguſtino Confeſſore tuo, atque Pontifice, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Chriſtum Dñum noſtrum. ℟. Amen.

Si multæ fæminæ profitentur, Prælatus omnia officia dicat in plurali; poſtea redeat ad pedes Prioris, qui brevi ſermone ad perfectionem inducet, & deoſculata tantum manu illius, omnes diſcedant.

## FORMA RECIPIENDI CORRIGIATOS, vel Corrigiatas ad Archiconfraternitatem.

Hora competenti aſſignata á Priore, vel Commiſſario in Eccleſia coram utriuſque ſexus perſonis devotis apparebit Cãdidatus, vel Cãdidata, & genuflexi ante pedes Commiſſarii ſedentis, interrogabitur: Si velit adſcribi in Archiconfraternitate Dominæ noſtræ de Conſolatione, & an paratus ſit ad obſervandas ejusdem Ordinationes: & *illo reſpondente*, quod ſic: tunc dicat:

Et ego te recipio in hac ſancta Archiconfraternitate cum omnibus gratiis, á Summis Pontificibus conceſſis: in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ Sancti. ℟. Amen.

Poſtea pro benedictione Corrigiæ dicat:

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens, & miſericors Deus, qui peccatoribus pietatis tuæ miſericordiam quærentibus, veniam, & miſericordiam tribuiſti: oramus clementiam tuam ut has corrigias bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris, ut quicunque pro peccatis ſuis cincti fuerint, & miſericordiam tuam imploraverint, veniam, & indulgentiam tuæ miſericordiæ conſequantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Oremus.

PRecamur te Domine Sancte Pater Omnipotens, æterne Deus, ut has corrigias in ſignum puritatis benedicas ad reſtringendos lumbos, & renes, & voluntatem ſub tua lege comprimendam, ut omnis perſona, quæ eam ſic portaverit, gratam tibi continentiam mandatorum tuorum per obedientiam ſervet; intercedentibus Beata Maria ſemper Virgine, Beatoque Patre noſtro Auguſtino, & Matre Monica vitam conſequatur æternam. Per Chriſtum Dñum noſtrum. ℞. Amen.

Pro Benedictione Coronæ.

O remus.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Diſcipulos orare docuiſti, ſuſcipe, qu æſumus, bene✠dicendo orationes famulorum, famularumque tuarum, & eas aſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut cuncta eorum, vel earum oratio a te ſemper incipiat, & per te cæpta finiatur. Qui vivis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. ℟. A men.

Finitis Orationibus, & dicto: P ater noſter. Corrigiam aſpergat aqua benedicta dicens: Aſperges me, &c. & poſtea corrigiam in manibus accipiens, candidatum præcingat adjuvantibus corrigiatis ſecundum ſexum accingendi, & præcingens dicat.

A ccipe corrigiam ſuper lumbos tuos, ut ſint lumbi tui præcincti in ſignum temperantiæ, & caſtitatis. In nomine Patris✠ & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Deinde coronam Beatiſſimæ Virginis ponat in manu dicens.

A ccipe ſignum Orationis, & contemplationis in manibus tuis, ut contempta felicitate terrena, præſentem vitam habeas in patientia, & in deſiderio futuram, cupias diſſolvi, & eſſe cum Chriſto in nomine Patris✠ & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Poſtea

Poſtea illi tradat candelam accenſam dicens.

Accipe candelam in manibus in ſignum ſupernæ illuſtrationis, & inflammantis charitatis. In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Quibus dictis Commiſſarius dicat ſequentes preces.

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renovabis faciem terræ.
℣. Salvos fac ſervos tuos, & ancillas tuas Dñe.
℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Conſolatrix peccatorum Deigenitrix.
℟. Intercede pro eis apud Filium.
℣. Ora pro eis Beate Pater Auguſtine.
℟. Ut digni efficiantur promiſſionibus Chriſti.
℣. Ora pro eis Beata Mater Monica.
℟. Ut digni reddantur promiſſionibus Chriſti.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da famulis tuis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere. Per Chriſtum Dñum noſtrum. ℟. Amen.

## Oremus.

CONcede hos ſamulos tuos, vel famulas tuas, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione á præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Per Chriſtum Dñum noſtrum. ℟. Amen.

## Oremus.

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus, & famulis tuis hac Corrigia ad tui nominis laudem, honoremque præcinctis, quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, intercedente Beato Patre noſtro Auguſtino Doctore tuo, atque Pontifice, ob cujus etiam reverentiam, & devotionem præcincti ſunt, conſecutæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## Oremus.

DEus mærentium conſolator, & in te ſperantium ſalus, qui Beatæ Matris Monicæ pias lachrymas in converſione dilectiſſimi filii ſui Auguſtini miſericorditer ſuſcepiſti; dâ

his

his famulis utriuſque interventu, peccata ſua deplorare, & miſericordiæ tuæ gratiam invenire. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

DOminus, qui in vobis, (vel in te) cæpit opus bonum ipſe perficiat, & augmentum gratiæ, & gloriæ meritis Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & inclyti Doctoris, Magnique Patris noſtri Auguſtini, ejuſque devotiſſimæ Matris Monicæ, ac Nicolai de Tolentino vobis (vel tibi) concedere dignetur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Poſtea dicat Commiſſarius:

Ego Frater N. Commiſſarius hujus ſacroſanctæ noſtræ Auguſtinianæ ſocietatis indignus, auctoritate noſtri admodum Reverendi Patris Vicarii Generalis, qua fungor, indultoque Apoſtolico mihi commiſſo, vos, (vel te) recipio, atque unio in hac noſtra ſocietate, & participes, (vel participem) bonorum omnium, quæ paſſim per univerſum Ordinem noſtrum à Fratribus fiunt, vos omnes, (vel te) declaro atque conſtituo.

Benedictio Dei Omnipotentis Patris, ✠ & Filii,

&

& Spiritus Sancti deſcendat ſuper vos (vel te) & maneat ſemper. Amen.

# PRECES DICENDÆ

## In omnibus Conventibus tempore Capituli Generalis.

Cum huic noſtræ Congregationi pro tempore Capituli ordinariò concedatur à Sancta Sede Apoſtolica Indulgentia plenaria pro intereſſentibus, & orantibus pro pace & bona electione, ideo per octo dies incipientes à Sabbato ante Dominicam infra octavam Aſcenſionis uſque ad vigiliam Pentecoſtes, mané, & veſperé congregato Conventu in Choro, vel Eccleſia, & expoſito Sanctiſſimo Sacramento in oſtio Tabernaculi dicantur ſequentes preces, præcinentibus Cantoribus Pſalmum ſequentem.

### Pſalmus 122.

AD te levavi oculos meos, * qui habitas in cœlis.

Ecce ſicut oculi ſervorum : * in manibus dominorum ſuorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ : * ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri: * quia multum repleti ſumus deſpectione.

Quia multum repleta eſt anima noſtra: * opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.

Gloria Patri, & Filio: * & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: * & in ſæcula ſæculorum Amen.

Cantores dicunt:

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Tunc Sacerdos: Pater noſter: totum ſecreto, Poſtea clara voce dicit:

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Salvos fac ſervos tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Mitte eis Domine auxilium de ſancto.

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Nihil proficiat inimicus in eis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eís.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus, prætende ſuper famulum tuum Vicarium Generalem noſtrum, & ſuper Congregationem illi commiſſam ſpiri-

tum

tum gratiæ ſalutaris, & ut in veritate tibi placeat, perpetuum ei rorem tuæ benedictionis infunde. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

# GRATIARUM ACTIO
## In Electione Patris Vicarii Generalis.

Immediate poſt publicatam Electionem noſtri Patris Vicarii Generalis in eadem aula Capitulari intonabit Præſidens Capituli Hymnum Te Deum laudamus. ut fol. 121. & alternatim illum proſequetur Conventus progrediens ad Eccleſiam interim pulſatis campanis more feſtivo, & cum perventum fuerit ad Eccleſiam, & finitum ſit Hymnus, ſedebit Præſidens in cathedra ſibi parata à parte Euangelii verſus populum, & novus Vicarius Generalis in alia cathedra ſibi parata in gradu inferiori in ipſa parte Euangelii verſus cornu Epiſtolæ, ubi omnes deoſculabunt manus Præſidentis, & Vicarii Generalis; & ante omnes Vicarius Generalis Abſolutus: quo finito, & dicto á Præſidente

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

Egredientur ab Eccleſia.

In aliis veró Conventibus, habita legali noti-

tia Electionis, congregetur Conventus, & parato Hebdomadario cum Pluviali albi coloris progredientur ad Eccleſiam, & ibi intonato, incipientibus Cantoribus, Hymno Te Deum laudamus, ut fol. 121. qui cantatur alternatim, & pulſantur campanæ more feſtivo, finitoque Hymno, dicat Sacerdos.

℣. Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu.

℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

℣. Ora pro eo Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut dignus efficiatur promiſſionibus Chriſti.

℣. Ora pro eo Beate Pater Auguſtine.

℟. Ut dignus efficiatur promiſſionibus Chriſti.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ad hanc orationem omnes ſe inclinant.

Oremus.

DEus cujus miſericordiæ non eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt theſaurus: piiſſimæ maieſtati tuæ pro collatis donis gratias agimus; tuam ſemper clementiam exorantes, ut qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerens ad præmia futura diſponas.

Ad ſequẽtes orationes omnes reſpiciũt ad Altare.

PRotege Domine famulum tuum. N. Patrem noſtrum ſubſidiis pacis, & Beatæ Mariæ ſemper Virginis patrociniis confidentem à cunctis hoſtibus, & periculis redde ſecurum.

ADeſto ſupplicationibus noſtris Omnipotens Deus, & cui fiduciam ſperandæ pietatis indulges, intercedente Beato Patre noſtro Auguſtino Confeſſore tuo, atque Pontifice, conſecutæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Omnes egrediuntur de Eccleſia cum Pſalmo: Laudate Dominum omnes gentes, &c.

## PRECES DICENDÆ IN CAPITULO GEnerali, & Diſſinitoriis.

In principio cujuslibet Diſſinitorii, congregatis Capitularibus in aula deputata, & genuflexis, & in Capitulo Generali in principio cujuslibet ſeſſionis, dicitur Hymnus Veni creator Spiritus: ut ſupra fol. 532. incipiente Præſidente, & dicto Hymno dicat idem Præſidens:

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabitur.

℟. Et renovabis faciem terræ.

Oremus.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere. Per Chriſtum Dñum noſtrum.
℟. Amen.

Et ſurgentibus omnibus, Præſidens proſequatur dicens:

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Benedicite. ℟. Deus.

Præſidens dat benedictionem:

Dominus nos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam, & fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace.

Uſque hàc dicta fient in omnibus Diffinitoriis; in Capitulo autem Generali in eadem prima ſeſſione, quæ fit Sabbato mane, poſt relationem Diſcretorum incipiet *Præſidens* Pſalmum De profundis &c. & omnes ſurgentes proſequentur, & in fine dicetur:

℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.

Præſidens dicat ſequentes verſus, & alii reſpondeant:

℣. A' porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis Fratres, Propinquos, & Benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, Beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Et in ultima ſeſſione, quæ fit Sabbato ante feſtum Pentecoſtes, ſedente ſolummodo Præſidente, genuflexis omnibus electis ad Prælaturas, nomine ipſorum Secretarius Capituli faciet etiam genuflexus Proteſtationem Fidei modo ſequenti.

Nos

NOs omnes in hoc Capitulo Generali congregati, & aliorum nomine ad officia in hac noſtra Congregatione electorum firma fide credimus, & profitemur omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Eccleſia utitur, videlicet:

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium; Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei Unigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, conſubſtantialem Patri: per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas. Et aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et unam ſanctam catholicam, & Apbſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum

Ba-

Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amen.

Item credimus Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas Traditiones, reliquaſque ejusdem Eccleſiæ Obſervationes, & Conſtitutiones, firmiſſimé admittimus, & amplectimur.

Item Sacram Scripturam juxta ſenſum, quem tenet Sancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione Sacrarum Scripturarum admittimus, nec eam unquam, niſi juxta unanimem conſenſum Patrum, accipimus, & interpretabimur.

Profitemur quoque ſeptem eſſe verè, & propriè Sacramenta novæ Legis à Jeſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licèt non omnia ſingulis, neceſſaria, Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſma, Confirmationem, & Ordinem, ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorũ omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipimus, & admittimus: omnia, & ſingula, quæ de peccato Originali, & de juſtificatione in ſacroſancta Tridentina Syn-

odo definita fuerunt, amplectimur, & recipimus.

Profitemur pariter in Miſſa offerri Deum verum, proprium, & propitiatorium pro vivis, atque defunctis, atque in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, & realiter, & ſubſtantialiter Corpus, & Sanguinem, unà cum anima, & Divinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis in Corpus, & totius ſubſtantia vini in Sanguinem, quam converſionem Eccleſia catholica tranſſubſtantiationem vocat. Fatemur ſub altera tantum ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter tenemus Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis adjuvari, ſimiliter & Sanctos, unà cum Chriſto regnantes, venerandos, atque orationes pro nobis Deo offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas firmiſſimè aſſerimus.

Imagines Chriſti, & Deiparæ ſemper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, & venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chriſtiano Populo maximè ſalutarem eſſe affirmamus. Sanctam catholicam, Apoſtolicam, Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſcimus;

ſcimus; Romanoque Pontifici Beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondemus, ac juramus; cætera item omnia à ſacris Canonibus, Œcomenicis Conciliis, ac præcipuè à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata recipimus, atque profitemur, ſimulque contraria omnia, hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, nos pariter damnamus, rejicimus, & anathematizamus. Hanc verò catholicam fidem extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profitemur, & veraciter tenemus, eandem integram, & inviolatam uſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime (Deo adjuvante) retinere, confiteri, atque à noſtris ſubditis, vel illis, quorum cura ad nos in munere noſtro ſpectabit teneri, doceri, & prædicari, quantũ in noſtris erit curaturos.

In correctionibus judicialibus gravium criminum, & in proviſionibus, promotionibus, confirmationibus, deſtitutionibus, & repulſionibus faciendis, de perſonis dictæ Congregationis, fideliter ſecundùm Deum, & regulam Sancti Patris noſtri Auguſtini, ſacros Canones, ac noſtras Apoſtolicas Conſtitutiones, puramque, & rectam conſcientiam nos habebimus, ac toto noſtræ gubernationis tempore, quantum in nobis fuerit,

adnitemur ſtudioſiſſime, ut Regulæ, & Conſtitutionum noſtrarum, obſervantia in Congregatione exquiſite vigeat, ita ut de cultu Divino, & de regulari diſciplina, ſiquid ad meliorem formam redigendum compererimus, non patiemur, ut cura noſtra, labor, ſtudium, induſtria deſideretur. Amen.

Poſtea ipſemet Secretarius tangendo librum Euangeliorum dicat:

Itaego Frater N. à Sancto &c. N. vice mea, & aliorum nomine, ſpondeo, voveo, & juro, ſic Deus me adjuvet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Reliqua ut in noſtro Cæremoniali Italiæ.

# PRECES DICENDÆ
## In Viſitatione Conventus.

In principio Viſitationis, congregatis Fratribus in Capitulo, flexis genibus devote, & alternatim dicatur Hymnus: Veni creator Spiritus, ut fol. 532. quem primò incipiat Prælatus; finitoque Hymno dicat Viſitator.

Pater noſter: totum ſecretó: deinde

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui. ℟. Vi-

℟. Viſita nos in ſalutari tuo.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus virtutum, cujus eſt totum, quod optimum, inſere pectoribus noſtris amorem tui nominis, & præſta in nobis Religionis augmentum, ut quæ ſunt bona nutrias, ac pietatis ſtudio, quæ ſunt nutrita, cuſtodias. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Et poſt concionem factam, & ſervatis, quæ in noſtris Conſtitutionibus ordinantur, & circa viſitationem Eccleſiæ Prælatus, finita Miſſa, deponit caſulam, & Pluviali albi coloris indutus, Sacriſta ſuperpelliceo aſſiſtente, aperit Tabernaculum Sanctiſſimi Sacramenti, genuflectit, ſurgit, ponitque incenſum in thuribulo, & genuflexus ter incenſat. Quo facto, ſurgit, & extrahit Sanctiſſimum Sacramentum de Tabernaculo, & reſpicit an ſit ſub fida cuſtodia, & munditia. His finitis facta iterum genuflexione, ponit ſuper patenam Hoſtiam maiorem, quam oſtendit Fratribus, faciendo cum ea Crucem, ut moris eſt. Campanæ pulſantur ſolemniter. Interim cantatur

tur moroſe: Tantum ergo Sacramentum &c. uſque in finem ut fol 50.

℣. Panem de cœlo præſtitiſti eis.

℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

Tempore Paſchali additur Alleluia.

Oremus.

Deus, qui nobis ſub Sacramento mirabili Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti, tribue quæſumus, ita nos Corporis, & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redempitonis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Statim reducit Euchariſtiam ad Sacrarium, & claudit. Si in alio Altari pro Communione fidelium ſit etiam Sanctiſſimum Sacramentum, vadit ad ipſum proceſſionaliter, præcedente Sacriſta, & Thuriferario, & facit idem, quod in Altari maiori, ſed non oſtendit Sanctiſſimum Sacramẽtum, nec dicit orationẽ, quia totũ fit ſub ſilẽtio.

Dinde ſimiliter procedit ad locum ubi ſunt Reliquiæ Sanctorum, & advertat, ſi aſſerventur, ut decet, ponit incẽſum in thuribulo cum benedictione more ſolito, & eas ter incenſat. Interea cantatur, præcinentibus Cantoribus, ſequens Antiphona.




Tempore Paſchali additur Alleluia.

Deinde dicant Cantores:

℣. Lætamini in Domino, & exultate juſti.
℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oremus.

COncede, quæſumus, omnipotens Deus, ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocent, quatenus quorum Reliquiæ venerantur, etiam actus eorum imitemur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſt-

Poſtea proceditur ad locum ubi aſſervatur ſacrum oleum pro noſtis infirmis. Tunc Prælatus vas ſacri olei accipiat in manibus, & advertat, an ſit bene ferruminatum, & tutum, ne aliquid olei ſacri ex eo fluat, & inquirat de ejus renovatione quolibet anno.

Demum Pluviali nigri coloris indutus, in medio Capellæ maioris Cantores incipiant Reſpõſorium Ne recorderis peccata mea Domine &c. ut in Manuali Defunctorum, & dicto Kyrie eleiſon &c. accipit aſperſorium dicẽs Pater noſter. ſecretò: interim pulſantur campanæ: poſtea

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A' porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis Fratres, Propinquos, & Benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſi-

erunt

erunt, Beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Quo finito cum Pſalmo De profundis &c. revertantur in Sacriſtiam.

## PRECES DICENDÆ IN ABSOLUTIONE Capituli Conventualis.

Poſt factam exhortationem, auditis culpis, & reliquis juxta præſcriptum noſtrarum Conſtitutionum p. 3. cap. 8. §. 1. commendet Prior orationes, & preces dicendas pro Summo Pontifice, Prælatis Eccleſiæ, & Religionis, & illius Benefactoribus, addat Prior: Pro quibus dicamus: Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. ℟. Amen.

Poſtea dicat Cantor primi Chori Pſalm. 122. Ad te levavi oculos meos &c. fol. 609. & Chorus proſequatur, & Prior dicat preces, & orationes, ut in diſciplina fol. 500. & Cantor

ſecundi Chori dicat Pſalm. 129. De profundis: ut etiam in diſciplina, quibus precibus finitis abſolvat Prior Capitulum dicendo:

℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

## BENEDICTIO HABITUS FRATRUM noſtrorum.

Antequam Frater noſter novo ſe induat habitu, accedat cum eo ad Priorem, & hic habitum benedicat dicens:

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiſcum ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Domine Jeſu Chriſte, qui tegumentum mortalitatis noſtræ induere dignatus es: obſecramus immenſam tuæ largitatis abundantiam, ut hoc genus indumenti, quod Sancti Patres noſtri, ad humilitatis indicium, abrenuntiantes ſæculo ferre ſanxerunt, tu ita bene ✠ dicere tua benedictione digneris, ut hic famulus tuus, qui eo uſus fuerit, te induere mereatur. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum.
℟. Amen.

Oré-

O remus.

DEus, æternorum bonorum fideliſſime promiſſor, & certiſſime perſolutor, qui veſtimentum ſalutis, & indumentum jucunditatis tuis fidelibus promiſiſti, clementiam tuam humiliter expoſcimus, ut hoc indumentum, & humilitatem cordis, & contemptum mundi ſignificans, quo hic famulus tuus viſibili eſt informatus propoſito, propitius bene ✠ dicas, beatæ abnegationis habitum, quem, te inſpirante, ſuſcepit, te protegente cuſtodiat, & eum facias beata immortalitate veſtiri. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

O remus.

DEus bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infuſor, te obnixius deprecamur, ut hanc veſtem bene ✠ dicere; & ſancti ✠ ficare digneris, quam famulus tuus pro indicio agnoſcendæ Eremitanæ Religionis induere deſiderat, ut inter reliquos Auguſtinianos Fratres, ibi agnoſcatur dicatus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergat aqua benedicta, & tradat Fratri, qui genuflexus dicat:

Benedictus Deus in donis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum Amen.

BENEDICTIO HABITUS NOSTRÆ RELIGIONIS à ſæcularibus pro voto geſtandi.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Domine Jeſu Chriſte, qui pro ſalute noſtra, ſuſcipiens humanam naturam, te veſtimento carnis induere dignatus es: benedictione tua ſancta bene ✠ dic veſtimenta iſta, quæ pro gratiis tibi exolvendis, in ſignum Religionis cum omni devotione, ſanctoque voto, ac veneratione Beatæ Virginis Mariæ hic famulus tuus (vel hæc famula tua) ſuper ſe ſuſcepturus, (vel ſuſceptura) eſt: infunde in eum (vel in eã) quæſumus tuam ſanctam bene ✠ dictionem, ut cum induerit hoc Religionis ſimile veſtimentum, intercedente B. P. noſtro Auguſtino, deſcendat ſuper eum (vel eam) gratia tua, & protegat illum (vel illam) ab omni malo mentis, & cor-

poris

poris. Qui vivis, & regnas per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde aſpergat aqua benedicta.

## PRECES DICENDÆ in Solitudinis ingreſſu.

Religioſus, qui Solitudinem ingredi voluerit, vel per tabulam nominatus fuerit, aſſociatus toto Conventu dum progreditur ad locum Solitudinis cantabiur Hymnus Veni creator Spiritus. ut fol. 575. finitoque Hymno in Solitudinis loco dicat Prælatus ſequentes preces cum Choro.

℣. Sálvum fac ſervum tuum Domine.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A' facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Dignare eum laudare te Virgo Sacrata.
℟. Da ei virtutem contra hoſtes tuos.
℣. Ora pro eo Beate Pater Auguſtine.
℟. Ut dignus efficiatur promiſſionibus Chriſti.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Do-

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui omne cor patet, omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum, purifica per infuſionem Sancti Spiritus cogitationes cordis ejus, ut te perfecte diligere, & digne laudare mereatur.

ADſit ei, quæſumus Domine virtus Spiritus Sancti, quæ & cor ejus clementer expurget, & ab omnibus tueatur adverſis.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

PRotege Dumine famulum tuum ſubſidiis pacis, & Beatæ Mariæ ſemper Virginis patrociniis confidentem à cunctis hoſtibus redde ſecurum.

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus, & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, intercedente Beato Patre noſtro Auguſtino Confeſſore tuo, atque Pontifice, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Sifuerint plures, dicantur preces, & orationes

in

in plurali; deinde dat benedictionem Solitario dicens:

Pax, & benedictio Dei Omnipotentis Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti deſcendat ſuper te, & maneat ſemper. ℟. Amen.

## MODUS RECIPIENDI HOSPITES

In præſentia digniorum Fratrum illius Convētus laventur pedes Hoſpitis, & dum lavantur, qui maior ibi fuerit dicat ſequentem Antiphonam, cæteris proſequentibus:

Si ego Dominus, & Magiſter lavi pedes veſtros, & vos debetis alter alterius lavare pedes.

Deinde recitabunt alternatim Pſalmum Miſerere mei Deus. & De profundis clamavi &c.

Finita pedum ablutione repetitur Antiphona Si ego Dominus &c. poſtea dignior dicat:

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater noſter

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Tu mandaſti mandata tua Domine.

℟. Cuſtodiri nimis.

℣. Tu lavaſti pedes Diſcipulorum tuorum.

℟. Opera manuum tuarum ne deſpicias.

℣. Salvos fac ſervos tuos.

℟. De-

℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

ADeſto Domine, quæſumus, officio ſervitutis noſtræ, & quia tu Diſcipulis tuis pedes lavare dignatus es, ne deſpicias opera manuum tuarum, quæ nobis retinenda mandaſti, & ſicut hic nobis, & à nobis exteriora abluuntur inquinamenta, ſic à te omnium noſtrorum interiora laventur peccata; Quod ipſe præſtare digneris, qui vivis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

## PRECES DICENDÆ A' FRATRIBUS dum exeunt è Conventu.

Dum Fratres è Conventu exeunt, vel in illum redeunt, ſequentes preces genibus flexis maxima devotione dicant.

℣. Averte oculos noſtros ne videant vanitatem.
℟. In via tua vivifica nos.

℣. Greſ-

℣. Greſſus noſtros dirige ſecundùm eloquium tuum.
℣. Et non dominetur noſtri omnis injuſtitia.
℣. Utinam dirigantur viæ noſtræ.
℟. Ad cuſtodiendas juſtificationes tuas.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℣. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

ADeſto quæſumus Domine ſupplicationibus noſtris, & viam famulorum tuorum in ſalutis tuæ proſperitate diſpone, ut inter omnes viæ, & vitæ hujus varietates, tuo ſemper protegamur auxilio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.
℣. Procedamus in pace.
℟. In nomine Chriſti. Amen.

## PRECES DICENDÆ CUM REDEUNT in Conventum.

℣. Beati, qui habitant in domo tua Domine.
℟. In ſæcula ſæculorum laudabunt te.
℣. Repleatur os noſtrum laude.
℟. Ut cantemus gloriam tuam tota die magnitudinem tuam.

℣. Cor mundum crea in nobis Deus.
℟. Et ſpiritum rectum innova in viſceribus noſtris.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus humilium viſitator, qui nos fraterna dilectione conſolaris: prætende ſocietati noſtræ gratiam tuam, ut per eos, in quibus habitas, tuum in nobis ſentiamus effectum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.
℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

## MODUS VISITANDI INFIRMUM.

Sacerdos viſitans infirmum, poſt gravem exhortationem, ut Divinam imploret miſericordiam, accipiens ſtollam coloris violacei dicat:

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Sequētia Sancti Euangelii ſecūdum Marcum
℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Recumbentibus undecim Diſcipulis, apparuit illis Jeſus, & exprobravit illis incredulitatem eorum, & duritiam cordis; quia his qui viderant eum reſurrexiſſe,

non

non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum univerſum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: in nomine meo Dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit, ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. ℟. Laus tibi Chriſte

℣. Dominus opem ferat illi.

℟. Super lectum doloris ejus.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

VIrtutum cœleſtium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem, & omnem infirmitatem præcepti tui poteſtate depellis: adeſto propitius huic famulo tuo N. ut fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen ſanctum tuum, inſtaurata protinus ſanitate, benedicat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Completa oratione, Sacerdos imponat manum

 dex-

dexteram ſuper caput infirmi, & dicat:

Super ægros manus imponent; & bene habebunt. Jeſus Chriſtus Mariæ Filius, mundi ſalus, & Dominus, meritis, & interceſſione Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum ſit tibi clemens, & propitius. Amen.

## MODUS MINISTRANDI INFIRMIS
Paniculos S. NICOLAI de TOLENTINO.

Sacerdos miniſtraturus infirmo viva fide deſideranti, Paniculum Sancti Nicolai de Tolentino, aſſumat ſtolam violaceam, & ſtans benedicat aquam dicens:

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, te humiliter deprecamur, ut hanc creaturam aquæ bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris, ut famulus tuus eam guſtare deſiderans per interceſſionem

ceſſionem Beatæ Mariæ ſemper Virginis, Beati Patris noſtri Auguſtini, & Nicolai ſalutem mentis, & corporis conſequi mereatur. Per Chriſtũ Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtea immittat aliquantulum Paniculi benedicti in aquam benedictam in particulas diviſi, & omnibus genuflexis ſecreto recitantibus Pater noſter, & Ave Maria, clara voce dicat Sacerdos Antiphonam Salve Regina, & etiam dicat Hymnum ſequentem:

## Hymuus.

INſigne pœnitentiæ,
Exemplar & dux ſtrenue,
Pijs Parentum lacrymis,
Qui natus es mirabilis.
Ut aſpero jejunio
Dira catena vinculis
Corpus domans illuderes.
Quæcumque mundus approbat.
Ut charitate fervidus,
Cunctos foveres pauperes,
Morbos graves depelleres,
Eſſes ſalutis pharmacum.
Iſto jacentem lectulo,
Velis juvare protinus,

Languor

Languor relinquat ſupplicem,
Redintegretur ſanitas.
Panem ſacratum ſuſcipit,
Qui mulia mala comprimit,
Aquam lavantem languidos
Dono Dei mitiſſimo.
Illi canatur gloria,
Honor, triumphus maximus
Ulcus Potenti & corporis
Sanare mentis peſſimum. Amen.

## Antiphona

Fécit Dominus potentiam in brachio Sancti ſui, ut diſpergeret Dæmonem, & languentes impleret bonis.

℣. Ora pro eo Sancte Nicolae.

℟. Ut dignus efficiatur promiſſionibus Chriſti.

## Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui ægrotanti famulo tuo Nicolao de Tolentino Beatiſſimam Virginem Mariam, & Auguſtinum Doctorem maximum de cœlis mittere dignatus es, ut panis, & aquæ remedio, tali viſitatione recreatus, mirabiliter ſanaretur: Exaudi famulum tuum de tua miſericordia confidentem,

& tuo

& tuo ſancto nomine panem, & aquam humiliter, & devote ſumentem, ut per interceſſionem ejusdem glorioſæ Virginis Mariæ, & Sanctorum tuorum Auguſtini, & Nicolai à lecto ſuæ ægriudinis tua potentia erigat ad ſalutem. Per Chriſtũ Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Tunc devote miniſtrans infirmo aquam cum pane dicat:

Infirma vota ſuſcipe,
Languentis adſta vocibus,
Dona ſalutem priſtinam,
O' Chriſte delens crimina.

Poſtea benedicens infirmo ſubjungit

Benedictio Dei Omnipotentis Patris ✠ & Filii & Spiritus Sancti deſcendat ſuper te, & maneat ſemper. ℟. Amen.

Poteſt etiam recitari ejusdem Sancti Reſponſorium ut fol. 455.

# FINIS.

BIBLIOTECA GERAL - UNIVERSIDADE-DE-

I. PRIOR
DES ANT

M.I.
145